GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM.

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

ا — خ

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

MDCCCXXX.

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS
IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA.

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI
FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D. D. D.

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG.

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud inprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quamquam hactenus non omnino caruimus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nimio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium. Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxiis liber erat animus; verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praescripserat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand. van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Meninskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum abest, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et aequis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli; nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Iac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae reperiren-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscunque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimam habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferre supersedi; voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre viderer legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Alischa Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae, aut a bonis serioris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschahum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adiumento, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis construendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in iis lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem, tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque moles nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut moles ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut quia pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo largius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus haurirem, alterum ut multam in significationibus definiendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuharii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta jecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الأضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Haririi consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazwiniique opera inspexi itemque Forskâlium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut inscii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in rebus dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ......وشبه اتب من ادم ما يأتزر به الصبيان والحُيَّض, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* اتب *nomen, similis est res, corio confecta, qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus, solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba والحج افرده ولم يُقْرِنْ, ad vocem جَرَّد pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كاقرن لغيّة „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران, *minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو جرز *duri, crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهى مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تاكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبى والحريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. alt.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الحريف legendum esse الخريف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبى ونادان ادمه دينور وبو مولد در يقال رجل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocalibus, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, idcirco exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

Vox مجدل explicata est voce altera قصير, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قصْر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوتُ العلافيات هوجا كانها مجادل شد الراصفون اجتدالها

„*Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,*"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae:

في مجدل شُيّد بنيانه يزل عنه ظفر الطاير

„*In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint.*"

Vocis مَجْذُوذي in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

الستَ بمَجْذُوذٍ على الرحل دائبٍ فما لك الا ما رزقتَ نصيبُ

„*Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur.*"

Sub radice حجر voces واحتجر به explicatae sunt verbis التجأ واستعاذ; ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba جوش الحيا; rectum est جَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح اجن وحسك, unum اجن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاضوم, ea voce هاضوم explicetur. Vox تحَجْرَّف illustrata est altera تَنَقْفَذ; recta autem est scriptio تَنَقَّذ. Vox جلحب cum derivatis mutetur in جلحب. Mutandum quoque المخْمَر, quod post حاكل est, in المخَيَّن, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem جلحة reddidit auctor verbis مخص بالسمن, quis autem est, qui non legat محص بالسمن? Vocem خلق explicatam invenimus voce شكل, cuius rectior scribendi modus est شكل. Sub radice حك pro voce انلاء *viles*, *contemti* scribatur ادلاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem خَمَمة voce تَوْمة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur بومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احتزل et احترك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خَرِبٌ pro voce لَجَفٌ legatur لحف. Sub radice خرق sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ ستة اشهر او سبعة اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum خَرَزة, pro quo خُرْزة legatur, tum non recta videntur verba والاخرم ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro مخرم السيل legatur مخرم السيف. Sunt verba وبالتحريك شجر كالدوم

والخزام كشداد بايعه sub radice خزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad شجر الدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, خزام nomen gerat. — Sub radice خصف linea quarta والجزور vitiose scriptum est pro والجرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت بها النجوم. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba من الطعام اخر طعمه وبالفتح ج كصرد وذهاب; legendum autem videtur اخر طعمه ج كصرد وبالفتح ذهاب; pluralis enim خُلَف pertinet ad خُلْفة. In explicanda voce خيلة vox المنهبة scripta est pro المنهبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حروم explicandae causa adscriptum الناقة المعتاطة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem حَشْر scriptum reperitur خلاء pro جلاء, et sub radice حشم legis حَشْماء pro حُشَماء. Vocem حصان altera دِرّة explicatam legimus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرّة enunciandum esse appareat. Vox autem مُحْصَن, quae *canistrum* (زَبِّيل) designat, voce زبيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتض explicandae gratia adscripta legitur vox أنْتَض, ea in ابتض mutetur. Vocis حَجأ sextae coniugationi تحاجأ Kamusi auctor tribuit sensum ان يورم استه ويُخْرِج مؤخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تورّم وخرج استه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خَرّ reddidit verbis حبية مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشط substituas تشظى. Denique sub radice خمر sunt verba والم الجى وصداعها, quae non sunt, quin mutentur in والم الخمر وصداعها. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل الحب فى السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce الحنبل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox الحوادى illustratur لله تجذو فى سيرها كانها تقلع. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم جذاء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والجراجر الضخام من الابل واحدها جرجور وبالضم السحاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota.* Ita vocis سويق minus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum.* Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جذيذ et جذيذة altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana.* At vocem جرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non جاورس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice جربذ leguntur verba وفرس مجربذ القوايم كذلك او هو القريب القدر فى تنكيس الراس وشدة الاختلاط مع بطء احازة يديه ورجليه او هو قرب السنبك من الارض وارتفاعه. Quatuor attulit auctor verba فرس مجربذ intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum ignorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis قنواء فى حرتيها usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حرتيها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p. 238.* „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamus, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

rumque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae شجرة, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiusvis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce شجرة designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عرق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces, proxime sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعْل, فِعْل, فُعْل; 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل; 3) فِعَل, فِعِل, فِعُل; 4) فُعَل, فُعِل, فُعُل; nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus lateat, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roedigere, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum gratias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

2 Vols ½ Ruby Morocco

ا Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit. 1) Primum aut a) أَصْلِيَّة *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّة *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّة *Coniungenda* ut in voce أَسْتَغْفِرُ appellatur. Tum 2). pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فَاصِلَة *Separans* in voce بعدوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce اِفْعَلَنَانِّ, in qua ea utrumque ن disiungitur; b) الف العبارة et عاملة *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ اللهَ; c) contra المَجْهُولة *Ignorata* ut in formis فاعل et فاعول, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit; d) الف العوض *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدًن; e) الف الصلة *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce الضَّمِيرَا; f) الف النون الخفيفة *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا; g) الف الجمع *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِد, جِبَال; h) الف التفضيل والتقصير *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَجْهَلُ مِنْهُ et أَكْرَمُ مِنْكَ; i) الف النُّدْبَة *Alif planctus* ut in وَا زَيْدَاهُ; k) الف التانيث *Alif feminini* ut in vocibus حُبْلَى, حَمْرَاءُ; l) الف التَّغَابِى *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Olimar ah....; m) الفات المَدَّات *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut كَلْكَال pro كَلْكَل, خَاتَام pro خَاتَم; n) الالف المحوّلة *Alif permutatum* nempe ex littera ى vel و ut بَاعَ pro بيع et قام pro قوم; o) الف التثنية *Alif Dualis* ut in يذهبان etc.; p) الفات الوَصْل *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut ابن, ابنة, امرأة, اسم etc.

أ *Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (الف النداء); *sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (الف الاستفهام) Num, an; أَكَذَا Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, *si* ام *sequitur. A poetis* ا *interrogationis omittitur. Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَلَا, أَفَلَا, أَوَلَا Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمْ *et* أَوَلَمَّا An non? an nondum?

آ *vel* أَا 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah.

آءٌ *et* آءَ Sonus آ 2) *Coll. nom. unit. c.* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*).

آحِ *et* أَاحِ *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult*: Apage, Vah.

آحِ Sonus tussientis.

آحٌ *et* أَاحٌ *pro* إِيَاحٌ Albumen ovi.

أَأْرَغِيس Cortex radicis oxyacanthae sive berberis. *Vox barbar.*

آسٌ *Coll.* Myrtus, Reliquiae, vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus.

أَأْطَرِيلَال Gingidii species.

آه Dixit آه Ah, Heu (vid. اوه).

أُبُ et آبُ Nomen mensis Augusti. *Vox Aramaea.*

أَبَّ *F. o. i.* 1) Movit rem *c. acc.*, commovit *manum ad gladium c. a. et c.* الى *r.*; 2) *n. a.* أَبٌّ , أَبَابَةٌ , إِبَابَةٌ Desiderio rei impletus fuit *c.* الى; اب الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, *vel etiam* Tetendit in patriam; أَبَّ أَبَّهُ Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) *n. a.* أَبٌّ , أَبَابٌ , أَبِيبٌ , أَبَابَةٌ Paravit se ad aliquid *c.* ل *r.*, paratus fuit ad iter; 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) *intrans.* Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit *c.* ب *r.* VIII *i. q.* I, 3.

أَبٌّ *Pl.* أُبُوبٌ Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit.

أُبَابٌ Aqua, Fons *et id. q.* السَّرَابُ; هو فى ابابه *i. q.* هو فى جهازه.

أُبَابٌ Fluxus ingens, Fluctus, Unda *i. q.* عباب Magna moles aquae *maris.*

أَبِيبٌ Nomen mensis (Iulius).

أَبَابَةٌ Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أَبَّتْ ابابته Recte instituta erat eius vitae ratio.

أَبَّانٌ *Ad* ابن *a grammaticis refertur*, *quod vide.*

أُبُوتٌ Locus herbosus, Pratum.

أَبَتَ *F. o. ut* أَبِتَ *F. a. n. a.* أَبْتٌ *et* أُبُوتٌ Vehemens fuit aestu *(dies)*. أَبِتَ *F. a.* Intumuit *ex potu c.* من *r.* V Exarsit *(pruna)*.

أَبْتٌ *et* أَبِتٌ *F.* ة Aestu vehemens *(dies, nox)*.

آبِتٌ Aestu vehemens *dies.*

أُبْتَةٌ Vehementia *(irae)*.

مَأْبُوتٌ *i. q.* محرور.

أَبَثَ *F. i.* Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum *apud regem c. acc. p. et c.* على *p.* b) أَبِثَ *F. a.* Potu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أَبِثَ).

أَبِثٌ Protervus.

أَبَاثَى Satiati et procumbentes cameli.

مُؤتَبَثَةٌ Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أَبْجٌ Aeternitas, saeculum.

أَبْجَدٌ Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أَبَخَ *(pro* وَبَّخَ*) n. a.* تأبيخ Reprehendit *c. acc.*

أَبَدَ *F. i. o.* 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit *(animal)*, pavidum indomitum fugit; 2) *F. i. n. a.* أُبُودٌ Substitit *aliquo loco c.* ب *l.*; 3) Perennavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit *carmen (poeta)*. b) أَبِدَ *F. a.* 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, *n. a.* تأبيد Perennem fecit. لم افعل تأبيدا *i. e.* لم آت بآبدة Hamas. p. 191 infr. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit *(locus)* ab incolis, solitarius fuit *et idem quod* قل اربه فى النساء parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit *(facies)*.

أَبِدٌ *i. q.* وَلُودٌ *(asina, serva)*.

أَبَدٌ *Pl.* آبَادٌ , أُبُودٌ *Femin.* Res, quae initium quidem habet, sed fine caret *(conf.* أزل*)*, Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أَبَدًا semper. على الابد in sempiternum. *Vox* ابد *in accusativo pro adverbio unquam ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat* nunquam. *Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo,* ut أَبَدَ الأَبَدِ, أَبَدَ الآبِدِ , أَبَدَ الآبَادِ , أَبَدَ الدَّهْرِ , أَبَدَ الأَبَدِينَ, أَبَدَ الآبِدِينَ , أَبَدَ الأَبَدِيَّةِ , أَبَدَ الأَبِيدِ. *Dual.* الأَبَدَانِ Serva et equa.

أَبِدٌ *i. q.* وَلُودٌ *(asina, serva).*

أَبِدٌ *F.* ة *(propr. quae frequenter parit* وَلُودٌ*)* (asina, serva), fugax, immansuetus. الأَبِدَانِ Serva et equa.

أَبِيدٌ Sempiternus, Planta quaedam.

أَبِيدَ الأَبِيدِ in sempiternum.

أَبَدِيٌّ Sempiternus.

آبِدَةٌ Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit. *Pl.* أُبَّدٌ Ferae *Pl.* أَوَابِدُ Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, *conf.* قواطع

مُؤَبَّدَةٌ Fugax, haud mansueta *(camela).*

أَبَرَ *F. i. o. n. a.* أَبْرٌ, إِبَارٌ, إِبَارَةٌ 1) Pupugit (scorpio) *c. acc.*; 2) Absentem diffamavit; 3) Acum in esca dedit *(cani) c. acc.*, perdidit *(homines)*; 4) Palmam fecundavit maris insertione (لقح), Bene curavit palmam et sata *c. a. r.* b) أَبِرَ Bona, integra fuit res. II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit *c. a. r.* V Fecundari se sivit. VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) *c. a. r.*

ابار Plumbum *(Reisk. ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione).*

إِبَارٌ *(Nomen)* Fecundum reddere.

ابرة Ficus sycomorus *Forsk. Flora* p. cxxiv. *(rectius c.* ة *vide* ابرة *in fine.)*

بَالَ *F. o.* (*a* بَوْلٌ *derivata vox*) Urinam reddidit, minxit, Fluere sivit; بالت بينهم الثعالب Inimici facti sunt, postquam amici fuerant. IV Effecit ut mingeret *c. a. p.* X Voluit mingere; Urinam cepit; in manum mingere iussit; Fecit ut urinam redderet. *Unde Adag.* in hominem audacem et intrepidum: يستبيل الاسد A leone excipit urinam.

بَالٌ Cor, animus; Audacia; Commoditas vitae. لا يخطر ببالى Non venit in mentem mihi; سقط على بالى Venit mihi in mentem; رخى البال Benignus, placidus; ليس هذا من بالى Non est hoc quod curo. Status, *ut*: ما بالك Qui vales? ما بَالُ Quidnam tibi est, quod. *Item a Pers.* بيله *et* بَالَةٌ Balaena, piscis magnus ad viginti ulnas; *et* المُرُّ الذى يُعْتَمَلُ به فى ارض الزرع.

بَوْلٌ *Pl.* أَبْوَالٌ Urina; Matrimonium; Liberi; Numerus multus; *i. q.* انْفِجار. بول الابل Medicamenti vulnerarii genus, quod trochiscorum forma conficitur in Arabia Felice. بَوْلُ العجوز Lac vaccae. ابوال البِغال Vinum.

بُوَالٌ Profluvium urinae; diabete. *Est morbus, cui praecipue oves succumbunt.* اخذه بوال Laborat profluvio urinae.

بَالَةٌ Sollicita cogitatio, cura; Ampulla, Scorteus saccus, *et* Theca in qua aromata reconduntur.

بَوْلَةٌ Filia viri.

بُوَلَةٌ Multum mingens *vir.*

بِيلَةٌ Minctus, et mingendi modus.

بُوَالَةٌ Multitudo, copia.

مَبْوَلَةٌ Res diuretica, multam urinam gignens seu movens; *ita dicunt* كثرة الشراب مبولة Multus potus multam gignit urinam.

مِبْوَلَةٌ Ampulla urinaria; uroscopium.

بولاد *vox Pers.* Chalybs.

بولصه (*police*) Scriptum parvum quo aliquid affirmatur, syngrapha (*idiom. vulg.*).

بُومٌ *et* بُومَةٌ *utrumque comm. gen.* Bubo, *aut prius Coll. posterius nomen unit.*

بَانَ *F. o. n. a.* بَوْنٌ *i. q.* بان *F. i. c. a.*

بَانٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Arbor, cuius fructus جوز البان Nux unguentaria *dicitur.*

بَوْنٌ Duarum rerum intervallum, et differentia. *Vid.* بين.

بُونٌ *Id.*

بَانَةٌ Distinctio, interstitium. *Vid.* بين.

بُوَانٌ *Pl.* بُونٌ, بُوُنٌ *et* أَبْوِنَةٌ Columna seu palus tentorii; Lignum ante tentorium, *i. e.* postis sustinens tectum velumve portae.

بَوْنَةٌ Filia parva (بنت صغيرة. *Gol.* Domuncula).

بَاهَ Coivit venereo congressu *c. a. p.*; 2) *F. a. o. n. a.* بَوْهٌ, بَيْهٌ Recordatus fuit rem, cogitavit de re, animum advertit, intellexit *c.* ل (*vid.* ابه). مَا بُهْتُ لَهُ *et* بِهْتُ Non intellexi, non attigi rem.

بَاهٌ *pro* بَاءَةٌ Coitus.

بَوْهٌ Maledictio, imprecatio.

بُوهٌ *Fem. c.* ة Bubonis mas, vel maior, *sed ut Djeuharius dicit* avis alia ei similis sed corpore minor. Accipiter, *qui* sacer *dicitur*, plumas mutans; Pluma in aëre agitata vento; Lana carpta, sed nondum macerata, quae atramentario inditur; Tenuis corpore seu ossibus, et extenuatus; Fatuus, insulsus *vir.* *Per* صوفة فى بوهة *designantur* Atomi seu pulvis, qui in fenestra seu in aëre volitare cernitur adverso sole. بوهة هَوْكَاءُ Stultus.

بَاحَةٌ *i. q.* بَاحَةٌ Area amplior, circum quam aedes aut tentoria extant (عرصة).

بَايِهَةٌ Extenuata et macra *ovis.*

بوى *n. a.* بَىٌّ Alicui similis fuit in agendo; *et pro* بَوَّأَ Descendit in locum, ibique substitit.

بَوًى Spes; Molestia; Concupiscentia seu malevolentia; Indoles; Sectatio, imitatio.

بويع *Boa vel Buja* Silurus Arab. *Forsk. descript. anim. p.* XVI.

بى Princeps (*idiom. vulg.*).

بأ *c.* ل *p. videtur significare*: Dixit *ei* salvus sis! *Vita Tim. edit. Calcutt. p.* 359 *infr. nisi a* بَوَّأَ.

بَيَّا II *ut* بيّاك الله *i. q.* حَيَّا *et huic fere subnecti solet c. a. p.* Salvum te esse velit Deus. *Alii contendunt* بيّاك *esse pro* بوّاك Mansione firma et placida te donet. *Denique alii exponunt per* اضحكك Efficiat Deus ut rideas: *i. e.* recreet et consoletur te, *vel i. q.* جاء بك *et* قرّبك Te adducat. *Item n. a.* تَبْيِىّ Explicuit, declaravit *c. a.* V Sponte sua ac firmo proposito intendit (*aliquid*), atque ad illud contendit *c. a. r.*

بِىّ Homo vilis et abiectus. لا باس *i. e.* لا بِىّ ولا هِىّ, ما ادرى اى هَىّ بْنِ بَىّ هو *et* علـيـك Nescio quis homo sit.

ابن بَيَّان *Id. Hinc*

هَيَّان بن بَيَّان Qui nec ipse cognitus nec pater eius.

بَيَارُون Radix loti Aegyptiaci (*in Aegypto*).

بِيبٌ Canalis; *et* كُوَّةُ ٱلْحَوْضِ Foramen lacus vel cisternae, per quod effluit aqua.

بَيَّابٌ Aquarius seu pocillator, qui aquam publice circumfert, *ut cuique praebeat potum: quod gratis facere pro opere pietatis habent.*

بِيبْس *Andalusiis* Species salicis, *aliis* بَاذَامَك *dicta.*

بَاتَ *F. i. et a. n. a.* مَبِيتٌ, بَيْتُوتَةٌ, بَيَاتٌ, بَيْتٌ Pernoctavit *in nocte c.* فى *vel c. a.*: noctu fuit, vel fecit quid; *pro hoc etiam dicunt* بات يفعل كذا Per noctem fecit illud (*ut* ظل fecit interdiu); Noctu (*vel etiam simpliciter*) commoratus fuit, substitit *c. a. p. vel c.* ب *p. vel c.* عند *eius apud quem.* بات تحته Inferior fuit altero. II Noctu obivit (*negotium*) *c. a. r.*; بَيَّتَ العدوّ Noctu invasit hostem. Noctu verba fecit; Noctu meditatus fuit et apud se perpendit; Dimensus fuit, sua mensura ac modo definivit, *ut* بُيِّتَ الشئ Res definita fuit; *item* Decorticavit *palmam c. a.*; Retinuit a re necessaria *aliquem c.* عن *r.* IV Fecit ut pernoctaret, ut per noctem faceret; Noctu periit; أَبَاتَهُ الله أَحْسَنَ بِيتَةٍ *i. q.* أَبَاتَهُ. X Alimentum (*unius noctis*) habuit.

بَيْتٌ *Pl.* بُيُوتٌ, أَبْيَاتٌ, *et hinc* بُيُوتَاتٌ, أَبَابِيتُ *et* أَبْيَاوَاتٌ Domus: *sive ex materia fabrili, sive ex lino, lana vel pilis caprinis confecta: uti est* tentorium. (*Sed a* دار *diversum esse videtur; legitur enim in loco quodam Hamasae* فلما بلغ باب دار بيته.) Sepulcrum; Palatium, arx; Templum Meccanum *quod etiam* البيت الحرام *et* بيت الله *et* البيت العتيق *vocant, estque* البيت المعمور Quod huic simile in coelo esse fingunt. وبيت الله Per aedem Dei! (per Caabam!) *est iurandi formula.* بيت المقدس Hierosolyma. بيت العنكبوت Tela araneae. بيت المال Aerarium publicum. بيت الفراغ *et* بيت ماء Latrina: *honestum vocabulum, ob aquam, quae ibi ad manum est ad mundandum corpus. Item* Cubiculum, conclave; Domestici, Familia quae una domo continetur; Pavimentum domus; *et quia a tentorii forma et partibus Arabibus petita prosodica constructio, Pl.* أَبْيَاتٌ Versus carminis. بيت القصيدة *proverbialiter* de re rara; *et dicitur quoque* de re prae caeteris eminente, *ut* فلان اول الجريدة وبيت القصيدة. Nobilitas, Celsitudo; Nobilis; اهل البيوتات Familia nobilis; *i. q.* تَزْوِيجٌ.

جَارِى بَيْتَ بَيْتَ Vicinus proximus et qui contiguam habet domum.

بِيتٌ Penus, alimentum; بيت ليلة Unius noctis seu diei commeatus.

بَايِتٌ Qui noctu est, aut pernoctat; Una nocte vel die anterior, cum una nox intercessit; Hesternus: *ut cibus et panis* qui ex praecedente die reliquus, *opponitur* طرى qui recens.

بَيَاتٌ Expeditio et invasio nocturna, intentata hosti.

بِيتَةٌ *i. q.* بِيتٌ.

بُيَيْتٌ, بُيَيْتٌ *vulgo* بُوَيْتٌ (*quod vituperatur in Kamuso*) *Deminut.* Domuncula.

بَيُّوتٌ Hesternus, qui una nocte ante fuit, *uti est cibus* ex hesterno die reliquus; Nocturnum *opus*, *ut* امر بيوت Negotium cui quis cum cura incumbit et noctem impendit. Infortunium; Panis hesternus; Aqua frigida; Res quae cum aliquo pernoctat.

بيوتة Vigiliae nocturnae in muris. *Abulfar.* 481.

بَيُّوتَةٌ Qui non excidit defluitque *dens*. *Kam.*

مَبِيتٌ Domus.

مُسْتَبِيتٌ Pauper (*velut qui quaerit ubi pernoctet*).

مُتَبَيِّتَةٌ Quae domum et maritum habet mulier.

بيتونيكا Betonica.

تَرَكَهُم حَيْثَ بَيْثَ Reliquit eos disgregatos atque huc illuc dispersos.

بَيَاجَادِقٌ *et cum* ذ Mundi muliebris seu monilis species; Gemma rubicunda similis rubino, *quem* Iakut *vocant. Ab hoc autem vix alio signo discerni posse negant scriptores, quam quod sitim non pellit, qua facultate rubinum pollere asserunt. Etiam* بجادى *vocatur, pro quo in multis libris scribitur* بحادى. *Origine autem Persica vox: nam* بيجاد *et* پيچاده *Persis est* Gemma illa Iakuto simillima, *quam granatum esse existimo. Item* Sphaerulae *ex vitro aut succino, similive pellucida materia, quae ornatus gratia corpori appendi solent.*

بَيَّحَ Concîdit et partitus fuit (*carnes*) *c. a.*; 2) Conscium fecit *arcani sui c.* ب *p.*

بَيَّاحَةٌ Rete piscatorium.

بَيْحَانُ Nomen proprium viri, qui primus fuit tribus suae pater, a quo denominati cameli بَيْحَانِيَّةٌ; *item* Qui revelat proditque arcana sua.

بَادَ *F. i. n. a.* بَوْدٌ, بَيْدٌ (*item* بَيِيدٌ *Mar.*), بُيُودٌ, بَوَادٌ, بَيَادٌ, بَيْدُودَةٌ 1) Abiit atque a suis separatus fuit; 2) *n. a.* بيود Occidit *sol*; 3) *n. a.* بَيْدٌ, بيود Periit. IV Perdidit, exitio dedit *c. a.*

بَيْدَ *i. q.* غَيْرَ, بَيْدَ أَنَّهُ Nisi quod: هو كثير المال بيد انه بخيل Opibus abundat, sed avarus est; *i. q.* على *et* من اجل Per causam, propter; *item* بَيْدَ أَنْ Propterea quod.

بَيْدٌ Interitus; Pravus et noxius (*cibus*).

بَايِدٌ *i. q.* بَيْدٌ.

بَيْدَاءُ *Pl.* بِيدٌ *et* بَيْدَاوَاتٌ Desertum, campus ubi nulla habitatio, ubi viator exitio obnoxius.

بَيْدَانَةٌ *Pl.* بَيْدَانَاتٌ Asina silvestris vel in desertis degens.

بَيْدَرٌ *Pl.* بَيَادِرُ Area, in qua triturantur fruges.

بَيْدَرَ In varios acervos collegit *frumentum c. a. r.*

لسان بَيْدَرِى *i. q.* مُسْتَوِيَةٌ.

بَيْدَقٌ (*Pers.* پياده) *Pl.* بَيَادِقُ, بَيَادِقَةٌ Pedes, qui pedibus incedit; *et* idem in latrunculorum ludo; *et* Nomen falconis.

بيدنجان *conf.* بادنجان.

بَيْذَقٌ *Pl.* بَيَاذِقُ *i. q.* بيدق.

بَيْرَقٌ *Pers. Pl.* بَيَارِقُ Vexillum.

بَيْرَمٌ *Vox Pers.* Terebra *vel pec.* Terebra fabri lignarii *vel* qua perforantur ligna tenuiora et *sec. quosdam etiam* magna et duriora.

بيرون Tiara episcopalis.

بَازَ *F. i. n. a.* بَيْزٌ *et* بُيُوزٌ 1) Periit; 2) Vixit; 3) Effugit, se eripuit.

بَايِزٌ Vivens, bene habitus.

بَيْزَارٌ *Pl.* بَيَازِرَةٌ (*ex* بازيار) Falconarius.

بَيْزَرٌ Lignum, quo inter lavandum tunduntur vestes ad exprimendas sordes.

بَيْزَارَةٌ *Pl.* بَيَازِيرُ Baculus magnus.

بَاسَ *F. i.* Superbum et insolentem se gessit adversus alios, eosque iniuria et noxa affecit.

بَيْسَكَ *pro* وَيْسَكَ *condolentis et contemnentis Particula* Hei, eheu, vah, phy te! *Vid.* بِيسٌ.

بَيْسَمٌ Quercus lanuginosae species, quae fructum fert parvo malo cydonio similem; aegylops magna glande.

بيسان Nomen loci vino suo noti.

بُيَيْشٌ Nomen vallis in via Iemamae, quae leonibus abundat.

بِيشٌ *orig. Pers.* Herba Indica venenata; *aut* Napellus, thora. فارة البيش *et Persica voce* بيش موش Animalculum simile muri, *quod inde nomen habet, quod inter radices illius*

plantae vivit, eiusdemque antipharmacum habetur. بيش موش بوحا *ac* بيشا بوحا *i.q.* بوحا Anthora (*vid.* بوحا), *pro quo etiam* بيش موش *dicitur, vulgo* Napellus Moysis, *quia anthora eadem virtute pollet, quae musculo supra dicto tribuitur.*

بَيْشَة *i. q.* بِيش.

بَيَّشَ *i. q.* بَيَّضَ Candido ac venusto vultu donavit eum *Deus c. a. p.* IV Fecit ut germinaret, produxit.

بِيشِى Conditi genus, cui immixtus est بيش.

پيش پاى *Pers. Pes prior:* Nomen stellae. *Ideler. Unters. über d. Sternnamen. p.* 158.

حَاصٍ بَاصٍ *et sine Nunnatione* Confusio.

بَيْص Adversitas, calamitas; angustia; confusio; وقع فى حَيْصَ بَيْصَ *vel* حَيْصِ بَيْصِ, *vel* حَيْصٍ بَيْصٍ, *vel* حَيْصَ بَيْصَ Incidit in confusionem, in angustiam, unde nullum effugium est. جعلتم الارض عليه حَيْصَ بَيْصَ *et* حَيْصًا بَيْصًا In angustiam eum redegistis, ut quo se in ista regione converteret non haberet.

بَاضَ *F. i.* 1) Superavit albedine *c. a. p.*; 2) Pluit *nubes*; 3) Humiditatem amisit, exaruit *lignum*; 4) Ova excrevit *avis*; 5) Intensus fuit ferbuitque (*calor*); 6) Nudata fuit aculeis delapsis *planta* بُهْمَى; 7) *n. a.* بَيَض Tumore anterioris pedis laboravit *equus* (*vid.* بيض); 8) (*quasi* بات) Substitit et commoratus fuit (*in loco*) *c.* ب; 9) بيض الحَىّ Tribus funditus eradicata fuit. II Album reddidit, dealbavit *c. a.*; Nitide exscripsit (*ins Reine schreiben*), *contr.* سَوَّدَ; Implevit (*vas*) *c. a. pecul.* aqua et lacte, *et contr.* Evacuavit *vas c. a.*; Nudata fuit aculeis *planta Bohma*; Pulchram reddidit *spem* eamque implevit *c. a. r.*; Caecum reddidit *poet. et c.* ب *Haretsi Moall. v.* 24. III Albedine certavit et vicit *c. a. p.* IV Peperit album foetum, *inde in ludo quodam dicitur* ابيضى حالا واسيدى حالا; Exuit deiecitve aculeos *spinosa planta Bohma nomine.* VIII Cassidem indutus fuit (*vid.* بيضة); Perdidit, eradicavit *c. a. p.*; اُبْتِيضَ Perditus fuit, *quasi a* باد. IX *et* XI Albus evasit fuitve. ابيض وجهه Pulchre se gessit.

بَيْض Praestantia candoris, cum quis eo alios superat; Fervor caloris; Tumor in anteriore equi pede; *et Coll. a* بَيْضَة.

بَائِض *Pl.* بُيُض *et* بِيض Ovipara *avis, speciatim* gallina (*vid.* بيوض).

بَيَاض Albedo, candor. بَيَاضَ اليَوْمِ Totum diem. Charta; Lac; Lepra. لبس البياض Vestes albas induit *significat* se morti dicavit *Abulfar. hist. dyn. p.* 346 *text. Ar. Tempore vero Abbasidarum significasse videtur* Exutus fuit dignitate, vel loco, quem apud principem occupaverat; *nam Abbasidarum ministri vestibus nigris utebantur. De Sacy Chrest. Arab. T. II. p.* 170. بياض Convolvulus cneorum, planta in Aegypto crescens. *Forsk. Flor. Aegypt. Arab. p.* LXIII; *et piscis* Silurus. *Forsk. descr. anim. p.* XIII.

بَيْضَة *cuius Collectivum est* بَيْض *Pl.* بُيُوض *et* بَيْضَات Ovum. البَيْض Nomen sideris. *Ideler. Unters. über d. Sternnamen. p.* 228. Testiculus; Cassis, galea ferrea; Cephalaea, dolor totum caput occupans; *i. q.* حَوْزَة Tractus et umbilicus *regionis*; Medium cuiuslibet rei, Medium urbis, Medium capitis; Area et circus populi: uti etiam quem in campis tentoria circumstant. بيض المكنون Puellae candidae et pulchrae. *Dicitur autem proverb.* احسن من بيضة فى روضة Pulchrior quam ovum in horto, *et* اذل من بيضة البلد Vilior ovo struthionis: *ut quod avis haec facile negligit deseritque, vel ad laudem* هو بيضة البلد Primarius est urbis, *ad quem conveniunt omnes, dicto audientes.* بيضة البلد Tubera terrae; *item* بيضة الخِدر Virgo; بيضة البيت Clarus, quem omnes consilii vel auxilii causa in rebus gravibus adeunt; بيضة الديك Res raro contingens; بيضة الصيف Vehementia caloris in aestate; بيضة العُقْر Ovum galli, *quod unicum toto vitae tempore excernere dicitur*; ام البيض Struthiocamelus; بيضة القصب Gummi in arundine saccarifera proveniens; اقتلع بيضة القوم Omnino perdidit populum; بَيْضَةُ النَّهَارِ Claritas et lux diei, atque alia illi similis.

بِيضَة *Pl.* بِيَض Terra albicans laevisque; Species quaedam dactylorum.

بَيُوض *Pl.* بُيُض *et* بِيض Ovipara, multa pariens ova *gallina.*

بَيْضَاء (*Fem. ab* ابيض) Alba, candida; *c. artic.* Sol; Malum, infortunium; Triticum; Argentum; Charta; *etiam i. q.* الرطب من السلت Hordeum decorticatum adhuc humidius; Saccus coriaceus, marsupium; البيضاء *i. q.* العقل الاول; *et ut* ام بيضاء Olla; Rete venatoris.

له اليد البيضاء Beneficium, meritum, gloria; له اليد البيضاء Bene meritus fuit, celeberrimum habuit nomen.

بَيَاضَة Albedo, candor.

بِيضَان Homines albicantes (*contr.* سُودَان Nigricantes populi, nigritae).

بِيْضِى Ovalis.

البَيَاضِيّة *i. q.* المبيّضة.

أَبْيَض *Pl.* بِيض (*pro* بُيْض) Albus, candidus; *Pl. c. artic.* Pulchrae feminae; Gladius (*ob splendorem*); Argentum; *Metaph.* Integer atque intaminatae existimationis vir; Stella quaedam in ora galaxiae; *inde etiam nomen* Basilici Persarum regis, quod a Chalifa Almuctefi dirutum fuit. الموت الابيض Mors repentina. *Non usurpatur autem* ابيض *in gradus comparativi significatione* Albicantior, *nisi ex sententia Grammaticorum Cufensium*, *qui versus quosdam pro argumento huius usus adducunt*; *caeteri pro eo dicendum esse statuunt* اشد بياضا منه. *Dualis vero et metonymice adhibetur*, *sc.* ابيضان Duo dies *vel* duo menses, *ut* ما رايته منذ ابيضان. *Inde* ايام البيض Dies a novilunio XII et XIII, *vel* XIII, XIV et XV; الابيضان Lac et aqua; *vel* Adeps et adolescentia, *vel* Panis et aqua, *vel* Triticum et aqua; *item* Duae venae in camelo, quae cum ea, quae حالب appellatur, cohaerent. الابيض Saliva oris. *Hamas. p.* 348.

مُبِيض Fullo.

مَبْيَض Albedo.

مُبِيضَة Quae album parit foetum (*ut* مسودة Quae nigrum parit).

ٱلْمُبَيِّضَة Secta quaedam ex eorum numero, qui ٱلثَّنَوِيَّة appellabantur: erantque socii seu asseclae viri المقنع appellati, cuius reditum exspectabant: ita dicti, quod albis induti essent vestibus. (*Contr.* المسودة Asseclae imperii Abbasidarum: qui vestibus nigris gaudebant.)

بَيْطَار *Pl.* بَيَاطِرَة Veterinarius medicus. *Vid.* بطر.

بَاظَ *F. i. i. q.* بوظ.

بَيْظ Aqua spermatica seu semen genitale admissarii, vel viri, vel mulieris; *item* Uterus mulieris.

بَاعَ *F. i. n. a.* بَيْع *et* مَبِيع (*rarior forma pro* مَبَاع) Vendidit alicui aliquid *c. d. a. et* ب *pretii*, *tum c. a. r. et* من *p.* *Vituperatur vero c. a. r. et* على *p.* *Pass.* بُوعَ *vel* بِيعَ Venivit. Emit; *atque ita in genere* Contraxit *c. a.* من لم تبع له بتاتا Cui non emisti supellectile *i. e.* cuius nullam plane notitiam habes. باعك الله في الاعراب Male te perdat Deus! 2) باعه من السلطان Detulit eum ad principem, in detrimentum eius aliquid dixit egitve; 3) باع على بيعه Occupavit locum ac dignitatem eius, atque illo superior evasit. III *n. a.* مُبَايَعَة Contraxit; stipulatus pactusque fuit (*cum alio*) vendendo, emendo; Pignore certavit (*wetten*); Obedientiam et fidem sancivit firmavitque *c. a. p.* (*proprie manu inflicta ut mos erat*); *ita in Pass.* بُويِعَ له بالخلافة Inauguratus fuit in imperio: Imperator salutatus fuit, *et sine* ل *personae.* IV Venum exposuit, venalem obtulit *rem c. a.* VI Inter sese utrinque pacti sunt, contraxerunt; invicem vendiderunt; Coniunctim emerunt. VII Vendibilis aut bene distractus fuit, et cursum habuit: *ut merx.* VIII Emit: comparavit *c.* من *p. et c. a. r.* X Voluit vendere; rogavit ut venderet *c. a.*

بَيْع *Generaliter* Permutatio unius rei cum altera, ut unus det, alter accipiat. *Sensu vero*, *quem lex praescribit*, *est* Rei, quae iis rebus, quae مال appellantur, continetur, pretio ab utraque parte indicato, permutatio cum altera tali re. (*Vinum et sus iis rebus*, *quae* مال *appellantur*, *haud accensenda sunt*). بيع الوفاء Venditio rei sub conditione ut re vendita debitum, quod venditori solvendum erat ementi, solutum sit. بيع الغرر Venditio, in qua est periculum fore, ut propter rei venditae interitum irrita res sit. بيع العينيّة (*in alio codice exstat* بيع الهبة) Quod aliquis a mercatore rem emendam mutuo petit, hic vero non concedit. Tum vero emens mercatori nummum aureum dat, quem hic aucto eius pretio accipere praefert. بيع التلجيّة Venditio, qua dicis causa necessitate urgente cum aliquo pactum fuit; *ex gr.* quod unus alteri dicit, domum meam tanti dicis causa tibi vendo, sed re vera vendita non sit. *Tarifat.* Res venalis, quae venditur emiturve; Inauguratio; Promissum obedientiae erga regem, Chalifam, prophetam (*a danda dextera*); Hilaritas, solutio vultus.

بَايِع *Pl.* بَاعَة Venditor; Delator; *i. q.* ناقة لجمالها Expetita atque ambita ob venustatem (*mulier*) *Kam.*, *quam a coniuge liberam multi coniugem sibi petunt.*

بَيْعَةٌ *i. q.* بَيْعٌ; *et de significatione huius vocis apud Drusos conf. De Sacy Chrest. Arab. T. II. p. 256 edit. alt.*

بِيعَةٌ *Pl.* بِيَعٌ (*sec. nonn. vox peregr.*) Templum Christianorum, ecclesia; Vendendi forma et modus.

بَيِّعٌ *Pl.* بَيِّعَاءُ *et* أَبْيِعَاءُ (*Dual.* بيّعان venditor et emtor) Venditor *et* Emtor; Licitator.

بِيَاعَةٌ *Pl.* بِيَاعَاتٌ Merx: *inprimis* vestiaria; *aut in genere* Res venalis.

اِنْبِيَاعٌ Hilaritas, solutio vultus.

مُبَاعٌ Res venum exposita, venalis.

مَبِيعٌ Venditus, Emtus, Venalis, *et* Locus, ubi aliquid venditur.

مُبْتَاعٌ Emens.

مَبْيُوعٌ *i. q.* مَبِيعٌ.

بَاغَ *F. i.* Periit, interiit. II *i. q.* انقطع به Retro mansit vel abiit cum eo; abduxit illum *c.* ب; *in Pass. quasi impersonaliter c.* ب. V Confusum perplexumve fuit (*negotium*) *c.* على *p.*; Vicit; Efferbuit commotusque fuit *sanguis c.* ب *p.* (*conf.* تبوّغ) *quamvis hoc quidam velint positum pro* تبغّى; Multum evasit et abundavit (*lac*).

بَيْغٌ Ebullitio commotioque sanguinis.

بَيْقَةٌ Leguminis species, pisis maior, viridis; quae comeditur pista coctave, aut pro pabulo datur bobus.

بِيقِيَةٌ Planta lenticula procerior, inter segetes nascens; aphaca *Diosc. II,* 178 *vox petita a Graeco potius quam e contra.*

بَيْكٌ Princeps (*idiom. vulg.*).

بيكار (*Pers.* پيكار) Proelium, pugna, bellum. *Vit. Salad. p.* 258.

بَيْلَسَةٌ Modus agendi diaboli (*vid.* ابليس).

بَيْلَقَانُ Armeniae maioris urbs prope portas Caspias.

بَيْلَمٌ Nux seu folliculus, in quo gossipium nascitur; *et i. q.* بِيرَمٌ.

بيمبينلا Pimpinella (*medicamentum*). *Forsk. descr. anim. p.* 146.

بِيمَارِسْتَانُ *et* بيمارستان (*Vox peregr. ex Pers.* بيمار *aegrotus et* ستان *locus*) Nosocomium. *Conf.* مارستان.

بَانَ *F. i. n. a.* بَيْنٌ, بُيُونٌ, بَيْنُونَةٌ (*de separatione longinqua*) 1) Distitit et segregata et distincta fuit *res a re c.* من; 2) *n. a.* بين *et* بَيْنُونَةٌ Abiit, discessit, se separavit *uxor a marito*, *divortio*; 3) *n. a.* بَوْنٌ Excelluit, praestitit; 4) Coniunctus fuit, *vid.* بين *seq.*; 5) *n. a.* بَيَانٌ Manifestus et perspicuus fuit, distincte patuit *c.* أن; 6) Facundus fuit (*vid.* بيان *post.*). II *n. a.* تَبْيِينٌ Segregavit; Manifestum distinctumve reddidit, declaravit, elucidavit, explicavit *c. a.*; Nuptum dedit *filiam c. a. p.*; Divisus et separatus fuit, *etiam mulier a viro per divortium*; Manifestus fuit, *ut* قد بين الصبح لذى عينين *in Prov.* Clara est et dilucide patet aurora ei, qui oculos habet. Apparuit, prodire coepit: *ut cornu in vitulo, gramine suo planta*; *et Pers.* بجاى اورد Praestitit, quasi in apertum produxit; *etiam* درنك كرد Moram traxit, cunctatus fuit. III *n. a.* مُبَايَنَةٌ Discessit et se segregando reliquit *c. a.*; A se invicem separati fuerunt; Intercessit coniunctionis redintegrandae ergo *c.* عند *et* ل *p.*; Studuit superare. IV *n. a.* إِبَانَةٌ Separavit *rem*, *etiam ut caput a corpore c. a. r. et* من *p.*, Divisit *rem*; Dilucide exposuit; Claram, articulatam vocem edidit; Manifestum fecit *c.* عن, Declaravit *c. a.*; Nuptum elocavit *filiam c. a. p., quasi a se segregans; item Intrans.* Manifestus et perspicuus fuit. V Manifestus, clarus et distinctus fuit; Innotuit; Manifestum et dilucidum reddidit *c. a.*; Intellexit. VI Distiterunt et separati distinctique fuerunt a se invicem; abfuerunt et abiverunt. X Manifestus evasit vel fuit *c.* أنّ; Manifestum reddidit et clarum *c. a. r.*; Manifestum habuit, scivit, cognovit, agnovit *c. a.*

بَيْنٌ Separatio (et inter amicos), distantia, intervallum; *et contr.* Coniunctio, nexus; *unde* ذات البين Concordia, amicitia, *conf. Hamas. p.* 195; بينهما بين بعيد *et* بون بعيد Inter ambos differentia magna est, multum interest alter alteri (*praestat* بون). لَقِيَهُ بُعَيْدَاتِ بَيْنٍ Occurrit ei post aliquod tempus. غراب البين Corvus (*seu* cornix) variegatus, *sec. al.* Avis corpore ni-

gro, rubris pedibus et rostro; *mali augurii avis*, *quasi separationis nuntia*, *unde nomen ortum.*

بَيْنَ Inter, in medio. بين ذلك Intereadum. ما بين Inter, Tam *hoc* quam *illud.* القوم بين قتيل واسير Hostes tam occisi, quam capti erant. بَيْنَ يَدَيْهِ Inter manus eius *i. e.* coram illo. فيما بينهم In mutua eorum conditione. شىء بَيْنَ بَيْنَ Res medio modo se habens, mediocris, nec bona nec mala; *vel i. q.* ضعيفا Infirmiter leviterque. همزة بين بين *i. e.* Hamza, quae est inter Hamzam et litteram, quae حرف اللين vocatur *ut in vocibus* سَأَلَ *vel* سَيِمَ *vel* لَوُمَ; *in prima enim voce* سال *haec littera enunciatione medium inter Hamzam et litteram Elif tenere putatur etc. Haec Hamza et* مُخَفَّفَة *nomen habet. Hoc vero* بين بين *duplex est*: مشهور, *quod ita explicatur*: ان تجعل الهمزة بينها وبين مخرج الحرف الذى منه حركتها نحو سُيِل, *et* غير مشهور *quod tale est*: ان تجعل الهمزة بينها وبين حركة ما قبلها نحو سُوِل.

بين *Pl.* بيون Terrae spatium, quantum prospiciunt oculi; *et simpliciter* Terrae tractus; Interstitium inter duas regiones, confine; Locus elatus in terra dura.

بَايِن Mulier a marito divortio separata; Is qui a sinistro latere est, dum mulget, *contr.* مُعَلِّى qui a dextra; Maiore intervallo a nervo remotus et distinctus *arcus*, *et c.* ة, *contr.* بَانِى propinquus nervo, et quasi coniunctus: *quorum utrumque pro vitio habetur*, *vid.* بنى; *ita de puteo* Qui longe abest a fundo et in amplum patet; *et sign. Pass.* Declaratus.

بَيَان Facundia, eloquentia, animum clare et distincte explanandi facultas, *et quidem* ingeniosa; Id quo aliquid exponitur ac declaratur: Argumentum, demonstratio, aut simile quid; Sensus vocis apertus; Distincta pronunciatio quae *linguae* tribuenda; Expositio. علم البيان (*est pars artis rhetoricae*) Scientia, qua docemur sensum unum varia ratione et verborum compositione afferre, ita ut his diversis explicandi rationibus res, quae intenditur, magis perspiciatur. *Tractatur in ea de tropis*, *figuris allegoriis et sensibus reconditis.* Praepositio من, si cum nomine sequente ad definiendam et magis explicandam vocem quandam praecedentem adhibita est, من البيان *appellatur. ex. gr.* ما ذهب من الزمان Quod abiit de tempore *i. e.* Tempus quod praeteriit. *Voces* من الزمان *explicant vocem* ما. بيان التقرير Quod vox, quae ampliore sensu gaudet, ita sequente explicatur, ut sensu amplissimo omnes eius generis species amplectente intelligenda sit, *ut in verbis Corani* فسجد الملائكة كلهم اجمعون *vox* الملائكة *vocibus* كلهم اجمعون *modo descripto explicatur.* بيان التفسير Explicatio vocis obscurae, propter sensum qui in ea est aut pluribus rebus communis aut difficilis aut generalis aut absconditus. بيان التغيير Explicatio quae fit mutatione, dum aut exceptio vel adnotatio quaedam additur, aut sensus restringitur. بيان الضرورة Explicatio, quae re exigente adhibetur *ex. gr.* Quum servus, domino eius praesente et silente, rem vendit, hoc domini silentium propter necessitatem pro licentia data habetur. بيان التبديل *i. q.* النسخ Abrogatio legis aliâ datâ.

بَيْنَا Interea dum. *Hamas. p.* 534.

بيون *Pl.* بَوَايِن Longius a fundo distans et amplus (*puteus*).

بَيِّن *Pl.* أَبْيِنَاءُ (*etiam* بَيِّنَة) Manifestus, evidens, distincte patens; *item Pl.* بُيَنَاء, أَبْيَان *et* ابيناء Facundus, clare et distincte declarans animi sensa.

بَيَّان *Vox peregr.* Res.

بَيْنَمَا Interea dum.

بَيِّنَة *Pl.* بَيِّنَات Res manifesta; Testimonium et demonstratio evidens: evidentia.

بَيْنُونَة Interstitium, hiatus, aperta fissura, separatio partium.

الكواكب البَيَابَانِيَّات *i. e.* التى لا تنزل الشمس بها ولا القمر.

تَبَايُن Contrarietas, diversitas inter duas res. *Ea est* تباين كلّى diversitas totalis, *si in omnibus partibus diversae sunt*, *a qua distinguenda* تباين جزئى in partibus quibusdam diversitas. *Iam restat* تباين العدد, si numeri duo ita diversi sunt, ut eodem numero tertio in aequales partes dividi non possint, *ex. gr.* decem *et* novem; *nam* unum *quo uterque in aequales partes dividi potest*, *pro numero non habetur*; *eodem modo* decem *et* septem. *Sed huic contrarium* المتوافقة *quod vide.*

تَبْيَان (*forma rariore*) *et quoque* تِبْيَان *Nomen actionis Coni. I.* Manifeste et distincte apparere ac dilucidum esse; Manifestum facere; Clara expositio rei, quae mentis est. *Conf.* بيان.

أَبْيَن Facundior.

إِبَانَة Clara rei descriptio.

من التَّبْيِين *idem est ac* من البَيان.

مُبِين *et* مُبْيِن Dividens, separans, distinguens; Manifestus, perspicuus, distincte patens.

مُبَايِن Is qui ad mulgendam camelam a latere sinistro accedit.

بِيبِنْب *Andalusiis* Chamaedaphne.

بِيَنْط Textor.

بِينِيب *nisi pot.* بِيْنِيث Piscis maris. *Hisp. Bonito.*

بَاهَ *F. i.* Cognovit, dignovit, animadvertit, consideravit *c.* ل.

البَيْهَسِيَّة Nomen sectae ab Abu-baihaso ben-Alhaithsam originem ducentis. In quibusdam idem cum ea, quae القدريّة nomen habet, profitetur.

بيوردى *et* بيولردى *propr. vox Turc.* Iussum fuit; *ut nomen* Iussum, imperium Paschae.

ت

ت *Nota Arithmetica est* quadringentorum *ex ordine litterarum antiquo. Et verbi litteris radicalibus praeponitur ad indicandam secundam personam vel tertiam feminini sing. et dualis futuri; postponitur vero ad indicandam praeteriti primam, secundam et tertiam feminini singularis.*

تَ *Particula praefixa iuramenti cum sequent. Genit. ut:* تَاللّٰه Per Deum, تربّ الكعبة Per dominum Cahbae, تَرَبِّي Per Dominum meum, تَالرَّحْمٰن Per misericordem. *Nec de aliis quam de Deo et praecipue in admirando adhibetur.*

تَآءٌ *Fem.* Littera ت.

تَابَل *et* تَابِل *Pers. Pl.* تَوَابِل *vid.* تبل.

تَابُوت *Pl.* تَوَابِيت Arca, *pecul.* feralis; *et* تَابُوه *ex dialecto Medinensium* الانصار (*ut Kamusi exemplar Calcutt. impressum habet; at melius in codice Djeuharii scriptum videtur* تَابُوة).

تَابُوكِي Uvarum species, quae nomen a تابوك accepit.

تَابُول *i. q.* تَنْبُل.

تَاتَا *et* تَاتَه *nomine Africano i. q.* حِرْبَاء Chamaeleon animal.

تَأْتَأَ Impedita fuit lingua et reciprocavit vocem in efferenda littera Ta. II Timuit.

تَأْتَاء Blaesus et impeditus lingua in efferenda littera ت; Vox qua vocatur hircus ad congressum cum capra.

تَأْتَأَة Impeditae linguae vitium in efferenda Ta littera; Vox qua vocatur hircus ad congressum cum capra; Vacillans infantis incessus; Iactabundus ac superbior incessus in bello.

تَاتَيَّا *Deminut. vocis* تَا Haec.

تَاتُورَة *Pers.* Datura.

تَاتُولَة *Id.*

تَارَ *F. a. i. q.* اِنْتَهَرَ. IV Acuto visu *aliquem* adspexit *c.* الى *p.*, Oculis *aliquem* secutus fuit *c. a. p. vel* الى *p. vel c. d. a.*; Percussit *fuste aliquem c. a. p. et* ب *r.*

تَار *et* تَارَة *Pl.* تِيَر *et* تَارَات (*sine Hamza ob frequentiorem usum*) *i. q.* مَرَّة; *in Accusativo*: Vice simplici, semel; Quandoque.

تُورُور Famulus seu assecla coactoris praetorisve; Qui principi militat sine stipendio.

تَأَزَ *F. a.* 1) Coaluit *vulnus*; 2) Convenerunt et appropinquarunt invicem *in bello seu proelio c.* في.

تَيِّزٌ Nervosus et firma praeditus corporis compage *onager.*

تَاسِهْمَت *Barbarica Maurorum vox i. q.* حُمَّاض Lapathus seu rumex.

تَاغَنْدَسْت *Barbarica Maurorum vox i. q.* عاقرقرحا Pyrethrum.

تَيِقَ *F. a. n. a.* تَأَقٌ Repletus fuit (*uter*); Plenus fuit moerore *vel* ira. IV Implevit *utrem c. a.*; Adducto nervo incurvavit *arcum* ultra longitudinem sagittae *c. a.*, *quod etiam dicunt* اغرق السهم فى القوس Demersit sagittam in arcum.

تَئِقٌ Plenus ira; Plenus alacritate (*equus*) et iuventute; Festinus et promptus ad iram malumque; Praecipiti et acriore actus affectu; Malignus, iracundus.

تَيَّاقٌ Pronus ad iram.

تَأَقَةٌ Vehementia irae, praeceps iracundia; Celeritas ac properantia ad malum.

مِتْأَقٌ Admodum agilis et plenus vigore equus; Properans ad malum inferendum.

تَاكُوت *Mauritaniae extremae lingua (proprie Tickiut efferunt)* Euphorbium. *Vid. in* افر. *At mediae Mauritaniae incolis ita dicitur* حب الاثل.

تَأْلَانُ (*vel rectius* ثألان) Caput in eundo quasi tollere.

تَأْلَبٌ Nomen arboris ex qua conficiuntur arcus.

تَأَمَ Socium habuit in partu *fratrem c. a.* III Natus est una cum *fratre c. a. p.*; Una vice post alterum cucurrit (*equus*); *n. a.* مُتَاءَمَةٌ Duplicato stamine et subtegmine texuit (*vestem*) *c. a.*, *uti fieri solet ex serico et gossipio, quia merum inducere sericum Muhammedanis quidem, ecclesiasticis inprimis viris, minus licet.* IV Gemellos peperit femina; *item i. q.* افضى Rem habuit cum *muliere c. a. p.*; Mactavit ovem تَيِمَةٌ.

تُومٌ, تِيمٌ *et* تِيَمٌ *Pl.* تُؤَامٌ *et* تَوَائِمُ Cum altero vel pluribus natus, *de quovis animali*; *Pl.* تَوَائِمُ Invicem coniunctae *stellae, vel margaritae.*

تَوْءَمٌ *et* تَوْأَمٌ *Fem.* ة *Dual.* تَوْأَمَانِ *Pl.* تُؤَامٌ Didymus, cum alio simul natus uno partu; Stellae (statio) in signo Geminorum; (التوامان Nomen sideris. *Ideler Untersuch. üb. d. Sternnamen. p.* 150.) Sagitta secunda aleatorii ludi vel alia.

تُؤَامٌ *Pl. san.* Coniugatus, et serie consequens; دمع تؤام Lacrymae continentes; در تؤام Margaritae inter se nexae.

تَبِيمٌ *i. q.* تُوَامٌ.

تَوْءَمَةٌ *Pl.* تَوْءَمَاتٌ Vectura quaedam mulierum haud umbrans (من مراكب النساء كالمشاجب لا اظلال لها).

تَيِمَةٌ (*sine Hamza, Meid.*) Ovis quae feminae est et quam mulget.

التَّوْءَمَانُ Herba quaedam parva.

تُؤَامِيَّةٌ Unio, margarita *a* تؤام oppido in tractu litorali Ohmmani.

مُتْئِمٌ Gemellos pariens femina.

مُتَابِمٌ Ingeminato post cursum cursu veniens *equus.*

مِتْآمٌ *et* مُتْآمٌ *Pl.* مَتَايِيمُ Quae gemellos parere consuevit; ثوب متآم Duplicato stamine ac subtegmine texta vestis, cuius stamen et subtegmen sunt طاقان طاقان.

الابيات المتاييم Versus, in quibus semper duae voces ut gemelli similes sunt. *Harir. p.* 536. *l.* 2. *ed. de Sacy.*

تجنيس مُتَوَّامٌ *in arte rhetorica* Quum duae voces scriptura similes eaedemque pronuntiatione dissimiles coniunguntur, *ut* ذَلَك *et* ذُلُّك, فَاحْشٌ *et* قَاحِش. *Vid. Harir. p.* 234. *ed. de Sacy.*

تَامْشَاوُرت *i. q.* مُوٌّ Meum (*idiomate Afrorum*).

تَتَأَنَ *pro* تَتَاوَنَ *n. a.* تَتَأْنٌ Technam commentus fuit, ac dolo circumvenire studuit; Modo ab hoc modo ab illo latere invasit aliquem.

تَانْبُول *i. q.* تَانبُول.

تَانَفِيت *Barbarica vox* Species plantae spinosae, humi repentis.

تاوز Numen Chald. et Sab. *Gol. ad Alfrag. p.* 18.

تَأَى *Fut.* يَتْأَى Praecessit et praevertit.

تَبَّ *n. a.* تَبٌّ *et* تَبَابٌ 1) Resecuit, abrupit *rem c. a. r.* تَبَّتْ يداه Manus eius amputentur; 2) *vel* تُبَّ Detrimentum cepit: damno affectus fuit; periit. II *n. a.* تَتْبِيب Perdidit: detrimento affecit *c. a. p.*; Dixit *alicui* تَبًّا لك *c. a. p.* IV Debilitavit, enervavit *vires c. a.*; Abstinuit *a re c.* عن *r.* X Paratum et recte dispositum fuit, beneque habuit se *negotium*; Debile et languidum fuit.

تَبٌّ *et* تَبَبٌ Damnum, detrimentum; interitus, exitium; تَبًّا تَتْبِيبًا *et* تَبًّا بِهِ *et* تَبًّا لَهُ Male illi sit, pereat! *et intensive.*

تَابٌّ *Pl.* أَتْبَابٌ Robustus *et contr.* Debilis (*vir*); Camelus, asinusque, quorum dorsum ulceratum est.

تَبَابٌ *i. q.* تَبٌّ.

تَبَّةٌ *i. q.* حَالَةٌ شَدِيدَةٌ Status gravis, adversus et afflictus.

تَبِيبٌ *i. q.* تَبٌّ.

تَبُوبٌ Exitii locus; *item* Id quod costis continetur.

التَّبِّىُّ Species dactyli.

أَتَبُّ Debilior.

تَبُوتٌ *i. q.* تابوت.

تَبْتَبَ Consenuit.

تَبْثٌ Moestum sollicitumque esse, animo angi. *Gol. ex Mar.*

تَبُودَك *et cum* ذ Qui vendit interanea gallinarum, *ut iecora, corda, stomachos.*

تَبَرَ 1) *F. i. n. a.* تَبْرٌ Fregit, perdidit. 2) b) تَبِرَ Interiit, periit; 3) Se *ab aliquo* separavit *c.* عن *p.* II *n. a.* تتبير Fregit in partes; Exitio dedit *c. a.* IV Abstinuit *a re c.* عن *r.*

تِبْرٌ *Coll.* Aurum (*a quibusdam Arabum hoc nomen etiam argento datur*), vel fragmenta auri, antequam ignem vel malleum sit expertum (*tum enim aurum* ذَهَبٌ *et argentum* فضة *appellatur*) *vel* quum ex fodinis educuntur. Fragmentum vitri; Omnis substantia aeris vel orichalci, quae opere in formam quandam redigitur.

تَبَارٌ Exitium, interitus. دار التبار Orcus.

تِبْرَةٌ *Nom. unit. vocis* تِبْر Pars seu particula nativi auri vel argenti. *Nam illud arenarum et glareae forma colligi solet.*

تَبْرَاءُ Camela pulchri coloris.

مُتَبَّرٌ Perditus, exitio datus.

مَتْبُورٌ Periens.

تَبْرَكَ Constitit *in loco c.* ب *quasi pro* تَبَرَّكَ.

تِبْرِيزٌ Res, aliquid.

تِبْرِيَةٌ *pro* هِبْرِيَةٌ Furfures capitis. *Vid. etiam in* ابر.

تُبَّشٌ Nomen avis et صفارية appellatae.

تَبِعَ *F. a. n. a.* تَبَعٌ, تِبَاعٌ, تَبَاعَةٌ Secutus, insecutus, persecutus, sectatus fuit; Obsecutus fuit *servi instar*, Sectatus fuit *pec. religionem c. a.*; *et* quum transiret ad aliquem, cum eo ivit. II *n. a.* تَتْبِيع Continenter et instando quaesivit, petiit. III *n. a.* تِبَاع *et* متابعة Secutus et imitatus fuit *c. a. p. et* على *r.*; Firmiter, solide et certo perfecit; Prosecutus fuit et omnino cognovit *aliquid c. a.* تَابَعَ البارى القَوْسَ Optime dolavit et aptavit arcum. تَابَعَ المَرْعَى الأَبِلَ Pratum optime pinguefecit camelos. IV Secutus, persecutus fuit *c. a. p.*; *item* Assecutus fuit, quum praecessisset aliquis, alter vero eum attingeret *c. a. p.*; *etiam Trans.* Fecit ut sequeretur vel assequeretur *c. d. a.*; Subiunxit *rem rei c. d. a.*; Post se habuit. الدَّلْوَ رِشَاءَهَا أَتْبِع الفَرَسَ لِجَامَهَا *vel* النَّاقَةَ زِمَامَهَا *Proverb. quod adhibetur* Quum aliquis rogatur, ut beneficium perfectum reddat. V (*pro huius nomine actionis* تَتَبُّع *apud poëtam et* اِتْبَاع *exstat*) Quaesivit vel petiit continenter atque instando *c. a.*; Persecutus fuit. VI Consequenter et successive fuit fecitve, Continuus fuit: *uti vice post vicem incidit in malum: ita caespitavit homo ebrius*; Ultro citroque motis scapulis succussatim incessit (*camelus*); Unus alterum secutus est. VIII اِتَّبَعَ Secutus fuit *c. a.*; *et i. q. Coni. V inprimis apud poëtas*; Prosecutus seu persecutus fuit *pu-*

gna, *exilio c. d. a.* X Petiit, invitavit, ut sequeretur; Duxit *c. a. et* الى, Post se duxit.

تَبِع Qui feminam amat eamque sequitur.

تَبَع *Sing. et Plur.*, *tum et Pl.* أَتْبَاع Qui insequitur, assecla; Pedes quadrupedis.

تَبِع Sectator: studiosus rei.

تُبَّع Is qui facit ut verbum unum sequatur alterum (*i. e.* qui celeriter loquitur).

تَابِع *Fem.* تَابِعَة *Pl.* تَبَع, تَبَعَة, تَوَابِع Assecla, sectator; Is qui feminas amat; Qui studiose quaerit petitve rem. لم ازل تابعا رضاكم Semper operam dedi, ut vobis placerem. *Item* Daemon familiaris, qui hominem comitatur quocunque vadit. *Ita dicitur* معه تابعة. *Apud Grammaticos* Quaelibet vox sequens constructionem alterius et ab eiusdem regimine dependens *h. e.* Appositivum *sive* nomen, quod cum alio appositione coniunctum est. تابع موكّد Appositivum corroborans *i. e.* quod vim sententiae auget. التابعون Ii qui vixerunt cum sociis Muhammedis vel cum iis, qui hos viderunt. تابع النجم *i. q.* الدَّبَرَان, *item* تُوَيْبِع *Dem. vel* تُبَّع Oculus tauri. *De hac stella et simpliciter* التابع *appellata conf. Ideler. Untersuchungen über den Ursprung der Sternnamen. p.* 136 *et* 142. توابع العيوق Nomen stellarum duarum. *Ideler. Unters. p.* 91.

تِبَاع Consequentium rerum series et sequela.

تُبَّع *Pl.* تَبَابِعَة Nomen commune regum Arabiae Felicis; *inde* دار التبابعة Domus in urbe Meccana, in qua natus fuit Muhammed; *etiam Pl.* تبابيع Species volucris, seu insecti volantis; *aut i. q.* يعسوب; *etiam quibusdam* Rex apum; *item* Umbra; *item* Anteriores et posteriores pedes quadrupedis; ما ادرى اى تُبَّعٍ هو Nescio quis homo sit.

تُبَّع Umbra.

تَبِعَة *Pl.* تَبِعَات Persecutio, insectatio; Res bona aut mala, quae sequitur actionem hominis; *tum in malam partem adhibetur de* noxa, qua actio viri punitur.

تَبِيع *Pl.* تِبَاع *Fem.* تَبِيعَة Assecla: sequax; studiose petens quaerensve; Adiutor, tutor; Debitor, qui pecuniam debet; *F.* ة *Pl.* تِبَاع *et* تَبَائِع Vitulus primi anni et infra, *Djeuh. ut qui matrem adhuc sequitur.* Is cuius aures et cornua aequalia sunt; *et* بقرة تبيع Vacca, quacum pullus est.

تَبْعَى Libidine fervens et prae ea taurum sequens (*vacca*).

تُبَيِّع *Demin. i. q.* تابع النجم.

تَبَاعَة *pro* تَبِعَة *et* تِبَاعَة Tormentum, poena, supplicium.

تِبَاعَة *i. q.* تَبِعَة.

تَبُّوع *c.* الشَّمْس Ventus flare incipiens cum ortu solis, et cum eo per varias plagas se convertens donec ad Eurum redeat.

إِتْبَاع *apud Grammaticos* Quum vocabulum cum vocabulo altero coniungitur, quod eundem sensum habet, *ut* حسن بسن, قبيح شقيح.

اِسْتِتْبَاع *in arte rhetorica* Quod, dum laudas aliquem una re, huic alteram addis qua iterum laudatur.

مُتْبِع Quam foetus sequitur *ovis*, *vacca*, *ancilla*.

مُتَابِع Sequens, continuus.

مُتَابَع Munitum, reparatum, firmum, bene aptatum.

مَتْبُوع Obsequio dignus. *Sens. gramm.* Vox cui est appositivum تابع.

مُتَتَابِع Pari in omnibus (*scientia*) pollens *vir c. d. casu*; Aequabili et integra corporis forma praeditus (*equus*); Aequabilis et nodis carens (*ramus*); Successivus, continuus.

تَبَلَ 1) Debilitavit aegrumque reddidit: dementavit *c. a. p.*; confecit: *uti amantem amore sui femina*; Afflixit, perdidit, delevit: *ut homines fortuna c. a. p.*; 2) *i. q.* توبل Aromatibus oleribusve condivit *ollam c. a.* II *et* III Condivit *ollam c. a.* IV Odio habuit *c. a. p.*, Afflixit, perdidit *c. a. p.*

تَبْل *Pl.* تُبُول *et rarius* تَبَابِيل Aegritudo: debilitatio, consumtio; Malevolentia: odium, inimicitia; talio, vindicta.

تَابَل, تَابِل *et* تَأْبَل *Pl.* تَوَابِل Condimentum ollae: *ut* aromata, olera et similia, quae cibo, dum coquitur, adiiciuntur. *Unde*

تَوْبَلَ Eiusmodi rebus instruxit condivitque *ollam c. a.*

تَبَّالٌ Qui تَابَلٌ, condimentum ollae, habet; *etiam* qui illud cibo commiscet.

تُوبَالٌ *Pers.* Squama seu scoria ferri, aeris aurive; *vulgo* tobal.

تَبَالَةُ Nomen oppidi Arabiae Felicis. Cuius praefectus creatus erat Hadjdjadjus; sed id minimi habens non intravit. *Inde prov.* أَهْوَنُ من تَبَالَةَ على الحَجَّاجِ Magis despectus quam Hadjdjadjo oppidum Tebalah.

أَتْبَالٌ Aegritudines.

تِبْنٌ (*et* تَبْنٌ) Stramen, palea; تبن مكّة Iuncus odoratus; *it.* تبن Magnus crater unde viginti homines sitim explere possunt. (*Ex Alcesaïi sententia haec sunt, quibus pocula magnitudine distinguuntur. Maximum est* تِبْنٌ unde viginti circiter homines sitim explere possunt. *Hoc proxime sequitur* صحن, *tum* عُسّ quod tribus vel quatuor sufficit, *tum* قدح quod duobus, *tum* عقب quod uni sufficit, *denique* غمر.) Dominus liberalis; Lupus.

تَبَنَ *F. i. n. a.* تَبْنٌ Stramine nutrivit (*animal*), pro pabulo stramen praebuit *c. a.*; Vendidit stramen (*Gol. ex Mar.*). b) تَبِنَ *n. a.* تَبَنٌ *et* تَبَانَةٌ Visum intendit, acute vidit; Intelligens callidusque ac solers fuit. II *n. a.* تَتْبِينٌ Intelligens fuit. VIII اِتَّبَنَ (*denom. a* تُبَّانٌ) Indutus fuit induitve femoralia parva تُبَّان dicta.

تَبِنٌ Is qui manu sua quamlibet rem laedit. Intelligens, bene res perspiciens.

تِبْنَةٌ *Nomen unit. vocis* تِبْنٌ Pars straminis, seu straminulum unum. (*Nam in Oriente stramen non integris culmis est, sed triturando in partes et paleas conteritur.*)

تَبَّانٌ Qui stramen paleasve vendit.

تُبَّانٌ *Pers.* تنبان Femoralium seu subligaculi genus breve, quod tegendis sufficit pudendis, et tantum ad genua pertingit: quale in usu est nautis.

تَبَانَةٌ *i. q.* طَبَانَةٌ Intelligentia, perspicacia: astutia.

تَبَا *F. o.* Incursionem hostilem fecit et praedatus fuit.

تَبِّيٌ Species dactyli ut شهريز.

تَتَرٌ Gens seu natio Turcis confinis, *hinc vulgo* Tartari dicuntur.

تَتَارٌ *Id.*

تَتْرَى *et* تَتْرًى (*vid.* وتر) Seorsim, sigillatim.

تَتْوٌ *nempe* تَتْوُا القَلَنْسُوَةِ *i. e.* ذُؤَابَتَاهَا.

تَوَاتِيرُ *i. q.* جَلَاوِزَةٌ Socii et asseclae exactorum, et eorum qui tributa colligunt.

تَتَلٌ Species aromatis.

تَثْيٌ Decorticatus fructus palmae humilis et silvestris, quae دَوْمٌ chamaeriphes cuiusque fructus ipse مُقْلٌ dicitur; *item*, *uti etiam* تَثَاةٌ Cortex dactyli.

تَجَابٌ *nom. unit. c.* ة Quod de lapide argentum in se continente vice simplici liquefactum fuit, ita ut adhuc pars argenti in lapide supersit.

تِجْبَابٌ Linea argenti in minerali lapide conspicua.

تَجَرَ *F. o. n. a.* تَجْرٌ *et* تِجَارَةٌ Mercaturam exercuit. IV *Id.* VIII اِتَّجَرَ Mercaturam exercuit (*et eadem forma, sed a* وجر *derivanda* Medicamentum sumsit, medicamentum adhibuit.)

تَاجِرٌ *Pl.* تَجْرٌ, تِجَارٌ (*et inde ut Pl. Pl.* تُجُرٌ), تُجَّارٌ Is qui vendit et emit; *et pecul.* Oenopola; *item* تاجر *et* تاجرة Camela vendibilis, quaeque in foro ac mercatu expetitur; *item* Astutus et solers in re facienda; هو على أَكْرَمِ تاجِرَةٍ Nobilissimo ac generoso maxime insidet equo.

تِجَارَةٌ Quod aliquis emit, ut lucri causa vendat, Mercatura, Mercimonium.

أَتْجَرُ Mercaturae exercendae magis deditus.

مَتْجَرٌ *Pl.* مَتَاجِرُ Mercimonium, Mercatura.

مَتْجَرَةٌ Ubi exercetur mercatura fervetque mercatus *terra vel forum.*

تَجَهَ *F.* يَتْجَهُ (*ab* اتّجه *formatum novum verbum*) Convertit se; *et i. q.* تواجه Sibi invicem converterunt vultum.

تُجَاهَكَ *i. q.* وُجَاهَكَ E regione, ex adverso tui; quasi in vel contra faciem tuam.

تَحْتٌ Quod inferius est, pars inferior. تَحْتُ Infra, sub, subter. تَحْتَ Sub. امرأة كانت تحته Femina quae ei nupta erat. مِنْ تَحْتِهَا Subter iis. يكون من تحت امره Est sub eius imperio.

تَحَّتَ Inferiore loco sedit (*a Ioh. Iacob. Schultensio adnot.*).

التُّحُوتُ Vilissimi, infimi ordinis et conditionis homines.

تُحَيْتَ Paulo sub. *Ita et dicitur* من تحيت.

تَحْتَانِيٌّ Inferior.

تَحَتْحُةٌ Motus, sonus strepitusve motus vel incessus.

تَحَتْحَحَ Motus fuit.

تُحْفَةٌ *et* تُحَفَةٌ *Pl.* تُحَفٌ Benemeritum, beneficium; munus quod dono mittitur vel offertur; *etiam in genere* Res egregia, donari digna.

تَحَايِفُ Dona, ornamenta.

أَتْحَفَ Benefecit, donavit, munus dedit *c. a. p. et* ب *r.*, *et c. a. r. Et dicitur* أَتْحَفْتُهُ تُحْفَةً Donum ei dedi.

تَحَمَ Colores intexuit vesti, seu diversicolorem texuit eam *c. a.* IX إِتْحَمَّ *pro* إِدْهَمَّ Nigricavit.

تَاحِمٌ Textor.

تُحْمَةٌ Nigredo intensior.

تَحَمَةٌ Vestes striatae flavo.

أَتْحَمُ *pro* أَدْهَمُ Niger.

أَتْحَمِيٌّ ,أَتْحَمِيَّةٌ *i. q.* مُتْحَمَةٌ.

مُتْحَمٌ *cum* اللون Ad rufum colorem inclinans *equus.*

مُتْحَمَةٌ *et* مُتَحَّمَةٌ Genus بُرْدٌ *i. e.* striatae vestis seu panni, quod in Arabia Felice texitur.

التَّاحِي Minister horti, hortulanus.

تَخْ تِخْ Vox arcentis gallinas.

تَخَّ *n. a.* تُخُوخَةٌ Acorem concepit *massa.* IV Effecit ut acorem conciperet et bene subegit *massam c. a. r.*

تَخٌّ Expressus e sesamo succus; Massa panis seu offa acidior.

تَاخٌّ Cibi appetentia carens.

تَخْتٌ *Pl.* تُخُوتٌ Vestiarium, ubi vestimenta reponuntur, et pannus ipse; *et orig. Pers.* Solium: *sive* regium, *unde* تخت الملك Sedes imperii, Metropolis: *sive* commune; *et* Septum accubitorium, quod fulcimentis supra terram elatum cubantibus inservit, et de loco in locum transferri potest.

تَخْتَاخٌ Balbus, qui Arabico idiomate loquens minus intelligi potest, quia barbarus.

تَخْتَخَةٌ Balbuties; sonus, *sc.* vox inarticulata; *forte i. q.* تقتقة Sonus rei quae percutitur aut frangitur.

تَخْتَخَانِيٌّ *i. q.* تَخْتَاخٌ.

تَخِذَ *F. a. pro* اتَّخَذَ (*est propr. dialecto Hudseil. sed e vitiosa derivatione orta radix*); *et* Deposuit (*ab* اخذ).

تُخْرُوبٌ Nidus, domus crabronum.

تَخَارِيبُ Foramina, iis similia, in quibus nidulantur crabrones apesve; *sed hoc quidem ad* خرب *refertur in Kamuso.*

تَخْرَبُوبٌ Exquisita camelorum species et egregie incedens.

تُخْرُورٌ *i. e.* رَجُلٌ لَا يَكُونُ جَلْدًا وَلَا كَثِيفًا Vir qui neque robustus neque crassus est.

تَخْرِصَ ,تَخْرِصَةٌ *et* تَخْرِيصٌ *Vox peregr. ex* تيريز *i. q.* دِخْرِصٌ Lacinia vestis.

تُخَسٌ Delphinus.

تَنَخَّمَ Terminavit, limitavit, terminum posuit *c. a. p.*; 2) *F. i. et* تَخِمَ *F. a.* (*ab* اِتَّخَمَ *Coni. octava verbi* وخم) Male habuit ex stomachi gravatione. III Confinis et collimitatus fuit *c. a.* IV *pro* أوخم Indigestione nocuit gravavitque eum cibus *c. a.*

تَخْمٌ, تُخْمٌ *et* تُخُومَةٌ *Pl.* تُخُمٌ, تُخُومٌ (*a nonnullis et hoc pro singulari generis feminini habetur, cuius plural.* تُخُمٌ *et* تُخُومٌ *est*) (*et* أَتْخَمَةٌ) Limes pagi, etiam palatii, aut provinciae: colliminium; *est* تُخُومٌ *quoque* حال تريده Status quem expetis.

تُخْمَةٌ (*vulgo et in carminibus* تُخَمَةٌ) *Pl.* تُخَمَاتٌ *et* تُخَمٌ Indigestio et corruptio cibi, et ex eo gravatio stomachi et noxa. (ت *pro* و *posita, ob frequentiorem usum, vide* وخم.)

أَتْخَمُ Magis cruditate stomachi laborans.

مُتَّخَمَةٌ *pro* مَوْخَمَةٌ (*vid.* وخم) Qui corrumpitur in stomacho eumque gravat, indigestione noxius *cibus*.

تَدْرُجٌ *Coll. comm. gen. Pl.* تَدَارِجُ *a Pers.* تَذْرو Phasianus.

تُدْرِي *et* تُودِرِي Erysimon; *at pro* thlaspios *genere a Golio habetur.* Eiusdem quatuor species flava, rubra, rosea, alba. *Avicenn. l. II. p.* 262.

تُدْعَةٌ, تَدْعَةٌ Commoda, quieta vita (*a* ودع).

تُدَاعَةٌ *Id.* (*a* ودع).

تَدْرُجٌ *i. q.* تَدَرُّجٌ.

تُدْرِي *et* تُودِرِي *i. q.* تُدَرِي.

تَرَّ *F. i. o.* 1) Prodiit e lapide quo confringebatur *ossiculum dactyli*; 2) Tinnivit, sonum edidit gladius in feriendo; 3) *n. a.* تَرٌّ, تُرُورٌ Separatum fuit os (بان); Resectus fuit; 4) Remotus fuit, abfuit, Abiit, recessit *c.* عن *l.*; 5) *Transit.* Resecuit; 6) *pro* تَرَّ *ut* تَرِرْتَ Plenus et velut carne distentus fuit; pinguis et tenui cute fuit; 7) *n. a.* تَرٌّ, تُرُورٌ, تَرَارَةٌ Humidus et succulentus fuit: *uti quaedam sunt ossa* (*velut a* طرى). IV Resecuit; amputavit *manum* ut decideret; Removit, relegavit *e regione c. a. p. et* عن *l.*; Proiecit *puer* parvum lignum (قلة) feriens maiore مقلاء appellato *c. a. r. et* ب *instr.*; Fecit, ut tinniret, sonum ederet.

تُرٌّ Celeriter pedes glomerans *veredus seu viatorius equus*; Inter se congruentia et pulchre composita habens membra *equus*; Quod merdam e ventre emittit struthio; Labore et molestia pressus.

تُرٌّ Radix, origo, et quod in re praecipuum est; (*Vox peregr.*) Amussis architectorum, *sc.* funiculus quo in rectum dirigunt structuram (*apud Arabes* الامام). *Unde dicunt* لاقيمنك على الترّ Utique redigam te in ordinem (*sunt verba irati*).

تَارٌّ Succi plenus; pinguis, tenuis cute; Flaccidus et languens prae fame vel alia de causa.

تُرَّةٌ Pulchra, mollis et semet ostentans *femina*.

تُرَّى Manus amputata, enervatae vires.

تَرَارَةٌ Pinguedo, mollities cutis.

مُتْتَرٌّ Velocius movens pedes, celeriter incedens *veredus*.

تَرِبَ *n. a.* تَرَبٌ *et* مَتْرَبٌ (*deriv. a* تُرْبٌ) Multum terrae fuit, *et* in manu terram habuit; terram seu pulverem impositum sibi habuit *res*; terrae adhaesit, humi iacuit; *Dicunt male precantes* تربت يداك Ne assequaris bonum! *Hamas. p.* 275; 2) Pauper evasit, et damnum passus fuit; 3) *n. a.* تَرْبٌ Terram iniecit, eave texit; 4) Possedit servum qui tribus vicibus erat possessus. II Inquinavit terra pulvereve *c. a.*, terram imposuit vel iniecit *c. a. p.*, Terrae adhaesit, Multas habuit opes, *et contra* Paucas possedit opes. III (*a* تِرْبٌ) Eodem tempore natus et coaetaneus fuit; aequalis sociusque et amicus fuit; *et* aequalibus consuevit *c. a. p.* IV Effecit ut caderet *c. a. r.*; Terram imposuit, eave conspersit *c. a.*; Dives fuit, opibus abundavit, seu terra; *et contr.* Paucas habuit opes. V Terra conspersus tectusve, et veluti humatus fuit.

تَرْبٌ Terra, pulvis.

أيّام الخافقات Tempus, quo regnantibus Abbasidarum chalifis Abu l'Abbaso et Abu-Djafaro, tam frequenter stellae cadentes observabantur, ut diem resurrectionis advenisse putarent homines.

خَفَّاقَة Podex. *Tum* امراة خفاقة الحشى Extenuato collapsoque ventre praedita *mulier*.

خَيْفَقَان Cognomen viri quam maxime iniusti, *ex quo proverbium ortum est* ظَلَمَ ظُلْمَ الخَيْفقان Tanta iniustitia, quanta Alchaifakanus, usus est; *et* ظُلْم ولا كظُلْم الخَيْفقان Est quidem iniustitia, sed non tanta quanta illa Alchaifakani erat. *Res in Kamuso narrata est.*

خَنْفَقِيق Infortunium; Perquam velox *de camela et struthiocamelo mare*; Equi in cursu, qui cum vacillatione est coniunctus, sonus.

مِخْفَق Gladius latus.

مَخَافِق Loca occasus siderum.

مِخْفَقَة Linteum *vel* simile quid, contortum, quo inter saltandum se invicem percutiunt; Flagellum, nervus taurinus.

مَخْفُوق Cordis palpitatione affectus; Daemone obsessus.

خَافِل Fugiens.

خَفْن Laxitas ventris.

خَفَّان *i. q.* حَفَّان Pullus struthionis; *tum* خَفَّان Locus quidam leonibus abundans; *inde dicitur* اسد خفان.

خَيْفَان *Coll.* Locusta.

اختفن *quod apud Gol. ex Mar. explicatum legitur, vitium est. Scribatur* احتفن.

خفنشل *i. q.* خَفَنْجَل.

خَفَا *n. a.* خَفْو, خُفُوّ 1) Splenduit *fulmen Kam.*; 2) Apparuit *res.*

خَفْوَة Absconsio. *Dicitur* اكله خفوة Edit illud occulte et furtim.

خَفَا *F. i. n. a.* خَفْي, خُفِيّ 1) Effecit, ut appareret *res*, manifestavit *c. a. r.* *Ita in Corani loco* ان الساعة آتية اكاد أَخْفِيها (*sed ibi quoque legitur* أُخْفِيها); Effecit *pluvia*, ut *e latibulo* exirent *mures c. a.*; 2) *n. a.* خَفْي Parum splenduit per transversum latum per nubis regiones *fulmen* (*conf.* عقيقة *et* ومبض) *Djeuh.* b) خَفِيَ 1) *F. a. n. a.* خَفَاء Occulta, abscondita, non manifesta fuit *res alicui c.* على *p.*; *inde dicitur* برح الخفاء Manifesta fuit *res*, apparuit. لا خَفَاء بما تريد Manifestum est id, quod intendis; 2) *n. a.* خُفْيَة, خِفْيَة Abscondit se *ab aliquo c.* ل *p.* II Abscondit, occultavit *rem c. a. r.* IV Occuluit, celavit *rem c. a.*; Manifestavit *c.* عن (*Ita in Corani loco ex altera lectione* (ان الساعة آتية اكاد أُخْفِيها); Absconditus fuit, latuit. VIII Absconditus fuit, latuit *ab aliquo c.* من *p.* (*Hoc a Djeuhario vituperatur, praeferendum esse* استخفى *dicit.*) اختفى دمه In occulto nemine sciente eum occidit; Effecit, ut prodiret *e latibulo c. a. p. et* من *l.*; Eduxit, manifestavit *c. a.* X Delituit *c.* من *p.*; *et contr.* Apparuit. *Citab Aladhdad.*

خَافٍ Occultus, clandestinus. الخَافِي Daemones.

خَفًا Res occulta, abscondita. لا خَفَاء بما تريد Manifestum est quod vis.

خِفَاء *Pl.* أَخْفِيَة Operimentum, tegimentum. اخفية الكرى Tegumenta somni *i. e.* oculi. اخفية النور Calices florum.

خَفِيّ *Pl.* خَفَايَا Absconditus, occultus. *Dicitur* اذا حسن من المراة خَفِيَّاها حسن سايرها Quando in femina duo eius occulta (*nempe vox et vestigia pedum*) pulchra sunt, pulchrae quoque sunt caeterae partes (*quia ex his duobus caetera cognosci posse dicunt*).

خَافِيَة Is, cuius omnes actiones occultae sunt; Occultus. *Dicitur* شى خَافِيَة (*non est haec forma pro feminino habenda*). *Pl.* الخَوَافِي Daemones; *et* A daemonibus habitata terra. *Dicitur* ارض خافية.

الخَوَافِي (*est Pluralis a* خافية; *sed Singularis in usu non esse videtur*) Pennae eae, quae, si avis contrahit alam, absconditae sunt, *vel* quatuor, quae post eas المناكب dictas sunt, *vel* septem post septem anteriores (*ex Alazmaii sententia sunt* eae alae pennae, quae decem anteriores sequuntur). Ramus palmae, medullae (قلبة) arboris proximus.

خَفِيَّة *Pl.* خَفِيَّات Res occulta, arcanum; Signum eius quod a daemone aliquis obsessus est. *Dicitur* به خفية A daemone obsessus est; *et* Puteus, *inprimis* qui relictus et obrutus tum iterum effossus est. النون الخَفِيَّة Littera ن in Futuro energico signo Teschdidi carens, et النون الخفيفة appellatum; Nomen loci leonibus abundantis.

خَافِيَاء Daemones.

مُخْتَفٍ (*c. art.* المُخْتَفِي) Qui cadavera effodit, ut amiculis feralibus potiatur.

خَقَّ *F. i. n. a.* خَقِيق 1) Sonuit prae macie *vulva praeputiumve iumenti*; 2) Bullivit, eoque murmur edidit (*olla*). IV Nimis amplum pro axe foramen habuit *trochlea, et in trabe* نعامة *appellata adhibetur*, quae nimis ampla in extremis lateribus non bene convenit trabibus زرنوقان appellatis in puteo; Sonuit in coitu *vulva.*

خَقٌّ *Pl.* خُقُوقٌ , أَخْقَاقٌ (*sec. nonn. Pl. Pl.* أَخَاقِيقُ) Fissura terrae.

خُقٌّ Stagnum lacusve, qui arescendo rimas agit. *Ita scribunt scripsisse Abdolmalikum ad Hadjdjadjum* لا تدعن خُقًّا ولا لُقًّا الا زرعته Ne omittas aut foveam in terram depressam aut fissuram terrae in longum ductam serere.

خَقُوقٌ Cuius vulva emaciata sonum edit, et ea, quae amplum podicem habet (*asina et femina*).

خَقَّاقَةٌ Cuius vulva sonum edit *asina et femina.*

أُخْقُوقٌ *et* إِخْقِيقٌ *Pl.* أَخَاقِيقُ Fissura terrae (*sunt, qui contendant vocem* اخقوق *eandem esse ac* لُخقوق, *alii volunt,* اخاقيق *esse Pl. Pl. a* خق).

خَقْخَقَةٌ Sonus qui editur a vulva praeputiove (*praesertim in iumentis*) *conf.* اخق.

خَيْقَمٌ Vox, qua sonus exprimitur.

خَاقَانٌ *Pl.* خَوَاقِينُ Nomen regis apud Turcas.

خَقَّنَ Creavit, constituit Chakanum (*regem*) *aliquem c. a. p.*

أَخْقَى Concubuit cum femina amplis pudendis praedita.

خَلَّ *F. i. a.* 1) *n. a.* خَلٌّ, خُلُولٌ Deminuta et extenuata fuit (*caro*); 2) *n. a.* خُلُولَةٌ Inops et pauper evasit, indiguit; Necesse habuit; 3) *n. a.* خَلَلٌ Corruptum depravatumque vitio aliquo, defectu, vel negligentia fuit *negotium Gol. ex Mar.*; 4) *F. i.* Proprius, peculiaris fuit, aut privatim quid fecit *c.* في *r.*; 5) *n. a.* خَلٌّ Perforavit, penetravit *rem c. a. r.*; Fidit linguam *pulli camelini* eamque ligno immisso (خلال) munivit ne lacteret *c. a. p.*; 6) *n. a.* خَلٌّ Ligno acuto خلال appellato transfixam connexuit (*vestem*) *c. a.* II *n. a.* تَخْلِيلٌ In acetum vertit *vinum c. a. r.*; Corruptum fuit et acidum *vinum aliusve potus*; Factum est acetum *mustum*; Exposuit soli *dactylos immaturos* (بسر), tum aceto conspersos posuit in vase figlino *c. a. r.*; Aquam inter barbam, *vel* digitos fluere sivit *c. a. barb. et digiti*; Purgavit dentiscalpio *dentes c. a.*; Dentiscalpio cibi inter dentes relictas partes exemit *c. a. r.*; Peculiarem fecit. III *n. a.* خِلَالٌ (*et quoque* خَلال), مُخَالَّةٌ Amicum se praebuit, amicitiam coluit *c. a. p.* IV Indigum effecit *c. a. p. et* الى *r. Dicitur* ما اخلك الله اليه. *Pass.* أُخِلَّ Necesse habuit; Pastum deduxit ad arbores vel plantas خُلَّة appellatas *camelos c. a.*; Depascentes arbores vel plantas خلة appellatas habuit *camelos*; Male fructifera fuit; *et contr.* Dactylos adhuc immaturos (بلح) tulit *palma* (*a* خلال *derivatum eodem modo, quo a* بلح *dicitur* ابلح *et a* رطب *dicitur* ارطب); Effecit ut rimas ageret *res* eamve mutilavit *c.* ب *r.*; Reliquit, deseruit *locum vel rem c.* ب *r. et l.*; Effecit ut non bene muniti essent regni fines paucos tantum milites alens *c.* ب *l.*; Fidem datam fallens decepit *virum c.* ب *p.* V Intravit, penetravit *rem c.* في *r.* (*Haec autem significatio, quae in Kamuso Turcico reperitur, magis mihi placet, quam ea, quae tam in Kamuso Calcutt., quam in Djeuharii opere nempe* τοῦ absolutum, consumtum esse; *haec enim vitio, quum vocis* نفذ *punctum diacriticum omissum esset, orta videtur*); Intravit inter *homines c. a. p.*; Disiunxit, discriminavit *digitis barbam Gol.*; Dentiscalpio cibi inter dentes relictas partes exemit *c. a. r.*; Perforavit *rem c. a.*; Una vice post alteram perfodit *hasta aliquem c. a. p. et* ب *instr.*; Ex uno nubis interstitio (خلل) decidit nec fuit generalis *pluvia*; Inter interstitia ramorum quaesivit *dactylos maturos c. a.*; In acetum conversus fuit (*conf.* خل) *Jac. Schult.* VI Amicitiam inter sese coluerunt. VIII Acetum evasit; Sumsit sibi acetum; Inter arbores et plantas خُلّة appellatas retenti fuere (*cameli*) ne ad alias procederent; Perfodit (*hasta*) *c. a. p. et* ب *instr.*; Deminuta et extenuata fuit *caro alicuius vel corpus*; Insana fuit *mens*; Opus habuit, indiguit *c.* الى *r.*; Detrimento, vitio, seu defectu laboravit *opus Gol. ex Mar.*; Confodit *telo c. a. p. et* ب *r.*

خَلٌّ Acetum; *et inde* Malum. *A quibusdam pro bono habetur ut in hac proverb. locutione* ما له خل ولا خمر Nec bonum neque malum ei est. لست من هذا الامر فى خل ولا خمر Nil vales hac in re. *Ab aliis pro malo habetur* ما انت بخل ولا خمر Nil vales. *Gen. comm. ut* طريق *Pl.* خِلال , أَخُلّ Via per arenam ducens et per duplicem arenam transiens, *vel* per cumulatam arenam transiens; Quae paucas plumas habet *avis*; Salsa et amara planta (حمض); Ablactatus; Vestis trita; Macilentus, extenuatus corpore *vir*, *et contr.* pinguis; Camelus anniculus, secundum annum ingressus; Vena quaedam in collo et dorso; Fissura in veste.

خِلٌّ *Pl.* أَخْلَالٌ Amicus intimus; Amicitia. *Dicitur* انه لكريم الخِلّ Generosus ille est in amicitia; *item* Pauper, egenus.

خِلٌّ Amicus intimus. (*Nonnullis haec vox nonnisi propter sequentem vocem* وُدٌّ *cum Dhamma pro* خِلٌّ *enuncianda videtur, ut dicatur* كان لى وُدًّا وخُلًّا.)

خَلَلٌ Conditio rei haud bona et firma (*tam in rebus quam in consilio vocem adhibent*). *Dicitur* فى امره خلل Eius res non bene constitutae et firmae. فى رايه خلل Eius consilium non est rectum et constans; *in homine autem significat* Conditionis tenuitatem (رِقّة). *Plur.* خِلال Interstitium inter duas res, *et* hiatus nubium unde erumpit pluvia. *Dicitur* المطر يخرج من خلل السحاب *et* من خلال السحاب *et* هو خَلَلَهُمْ Hic inter eos est; *tum* خلال الدار Eae partes, quae domus fines circumdant et inter eius domos sunt ut plateae.

خِلَلٌ Reliquiae cibi inter dentes.

خَالٌّ Cuius singulae partes inter se non cohaerent *exercitus*.

خَلَالٌ *Coll.* Species dactyli immaturi (بلح); *tum* هو خَلَالَهُمْ Ille inter eos est. خَلَالَ ذلك In medio huius.

خِلَالٌ (*videtur haberi et singularis et pluralis a* خلل *forma*) Interstitium; Medium rei; *inde* هُوَ خِلَالَهُمْ Hic inter eos est; Dentiscalpium; Lignum quod transfigitur per pulli camelini linguam, ne lactere possit. *Pl.* أَخِلَّةٌ Instrumentum, quo aliquid perforatur; Ligna acuta, quibus tegumenta pellicea tentoriorum Arabicorum connectuntur, *Reisk.*, *et* Ligna acuta, quibus vestimentorum partes non consutas inter se connectunt. Hanc ob causam Abu-Becrus chalifa ذو خلال cognominatus est, quia omnibus opibus in pium usum erogatis, talibus lignis in vestibus suis utebatur; *et Coll.* Spinae *seu* aculei enascentes e ramis palmarum. *Gol. ex Afr. de quibus in* ابر *et* اسل *vid.*; *item* Reliquiae cibi inter dentes.

خُلَالٌ *Coll.* Dactyli maturi qui inter interstitia ramorum quaeruntur; Accidens, quod causa est, cur omnis res dulcis acescat.

خَلَّةٌ *Masc. et Fem.* Camelus anniculus, secundum annum ingressus. *Inde dicitur* اتاكم بقرص كانه فرسن خلة; Foramen parvum *vel* quodcunque; *et Pl.* خِلَلٌ Foramen in arundinea domo. *Inde mortuo bene precantes dicunt* اللّهم اسدد خلته; Arenae tractus separatus. *Plur.* خَلٌّ Vinum, *vel* vinum acre, *vel* corruptum sed non acre; Mulier levis, agilis; Locus hominis vacuus post mortem; Necessitas, res necessaria (حاجة); Paupertas: *inde proverb. locutio orta est* الخلة تدعو الى السلة Paupertas ad furta incitat. *Pl.* خلال Natura, indoles, proprietas *rei*; Portio aceti.

خِلَّةٌ *Pl.* خِلَلٌ, خِلَالٌ *et Pl. Pl.* أَخِلَّةٌ Theca vaginae corio tecta *vel* capsa, in qua ponitur vagina gladii auro aliisve rebus ornata; Lorum quo obvolvitur cornu arcus (سية); *tum gener.* Corium omne pictum. *Plur.* خِلَلٌ, خِلَالٌ Cibi inter dentes relicti particula, quae dentiscalpio inde eximitur; Amicitia. *Dicitur* انه لكريم الخلة Generosus ille in amicitia est; *tum quoque tam Masc. quam Fem. Sing. et Plur.* (*quia proprie est Infinitivus*) Amicus.

خُلَّةٌ Arbor (شجرة) quaedam spinosa; Locus ubi proveniunt et frequentes sunt plantae spinosae عرفج appellatae; Omnis planta, cui inest dulcis sapor. *Inde dicunt Arabes* الخلة خبز الابل والحمض فاكهتها *vel* لحمها. *Pl.* خُلَلٌ Omnis terra, in qua non proveniunt plantae حمض appellatae. *Pl.* خُلَلٌ Amica sincera, amicus. *Pl.* خِلَال Amicitia sincera; Indigentia (*Gol. ex Mar.*).

خَلِيلٌ *Pl.* خُلَّانٌ, أَخِلَّاءُ Amicus intimus sincerusque; Mulieris amatus. خليل الله Amicus Dei, *et inde* الخليل Abrahamus. Cor; Nasus; Capulus ensis *Gol. ex Meid.*; *adject.* Perforatus; Extenuatus corpore, macilentus *vir*, infirmus; Pauper, indigus.

خَلَّالٌ Aceti venditor.

خَلَالَةٌ Amicitia sincera.

خِلَالَةٌ Amicitia sincera; Dentiscalpium; *et inde* Debilis, macer.

خُلَالَةٌ Amicitia sincera; Reliquiae cibi inter dentes, quae inde dentiscalpio eximuntur; Dactylus maturus, qui inter ramorum interstitia quaeritur (*videtur nomen unitatis a* خُلَال).

خُلُولَةٌ Amicitia sincera.

خَلِيلَةٌ *Pl.* خَلِيلَاتٌ, خَلَائِلُ Amica intima, sincera.

خَلِّى *Fem.* ة Depascens arbores et plantas خلة appellatas *camelus*. *Dicitur* بعير خلى *et* ابل خلية.

أَخَلُّ Indigens, pauper; *tum et sensum comparativi habet* Magis pauper.

أَخِلَّةٌ *De vario hanc vocem derivandi modo conf. Hamas. p.* 662.

مُخِلٌ *Fem.* ة Depascens arbores et plantas, quibus nomen est خُلَّة, *camelus*; Pauper, indigens.

مُخْتَلٌ Vehementer sitiens; *F.* ة Depascens arbores plantasque خُلَّة appellatas *camelus*. امر مختل Res infirma; *tum* Indigens, pauper.

مَخَلَّةٌ Solum plantas خُلَّة, dulcius camelorum pabulum, producens.

مَخْلُولٌ Perforata *res*; Fissus lingua et sic ablactatus.

خَلَا 1) *n. a.* خِلَاءٌ, خُلُوءٌ, خِلَاءٌ In genua procubuit *vel* refractaria fuit *camela* (*sunt qui et de camelo hoc dictum esse velint, dum alii camelis fem. id solum tribuant*); 2) *n. a.* خُلُوءٌ E loco suo non processit *vir*; 3) Relinquens unam, alteram agere coepit *gens*.

مَخْلَى *et* مَخْلًى Mundus, *vel* Cibus potusque.

خَلَبَ *F. o. et i. n. a.* خَلْبٌ 1) Vulneravit aut scabit aut fidit *unguibus c. a. p. et* ب *instr.*; 2) Unguibus arripuit *praedam c. a.*; 3) Fidit *rem c. a. r.*; 4) Alienavit *mentem alicui c. d. a.*, *ut mulier pulchritudine sua*; 5) Momordit *aliquem c. a. p.*; 6) *F. o. n. a.* خَلْبٌ Succidit (*gramen*) *c. a.*; 7) *F. o. n. a.* خَلْبٌ, خِلَابٌ, خِلَابَةٌ Decepit et fefellit verbis *c. a. p.* *Proverb. est locut.* اذا لم تغلب فاخلب. b) خَلُبَ *n. a.* خَلَابَةٌ Pusillanimis, fatua fuit (*de muliere*). II Decepit *c. a. p.* III Decepit *c. a.* IV Coenosa fuit *aqua*. VIII Resectus fuit instrumento مخلب; Decepit verbis *aliquem c. a. p.*; Deceptus fuit. X Vulneravit unguibus aut scabit aut fidit *c. a.*, *et* Succidit *gramen c. a.*

خِلْبٌ Unguis ferae aut rapacis avis (*conf.* مخلب); Carnis tenuis particula, quae inter costas est et unam cum altera coniungit *vel* Iecur *vel* eius augmentum, *sc.* Lobus iecoris, *vel* Iecoris velum, quo munitum est, *vel* Res quaedam alba iecori adhaerens. *Inde originem duxisse videtur* خِلْبُ نساء Is qui mulieres amat et ab iisdem amatus est. *Huius Pluralis est* اخلاب, *ut dicatur* أَخْلَابُ نساء; *tum* Raphanus; Vitis folium.

خُلْبٌ *et* خُلُبٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Fibrae lignosae, quibus palmae truncus constat; Medulla palmae *vel* eius cor; Funis durus et tenuis ex fibris lignosis palmae tortus; Lutum, *vel* Lutum durius cohaerens, *vel* Lutum nigrum.

خَالِبٌ *Fem.* ة Decipiens, fallens *vir*, *mulier*.

خُلَّبٌ Nubes pluviae expers. *Et dicitur* البَرْقُ الخُلَّبُ, برق السحاب (*est autem pro* بَرْقٌ خُلَّبٌ, بَرْقُ الخُلَّبِ الخلب) Fulmen nubis aqua carentis (*Wetterleuchten*). *Inde ei qui promittit, sed non stat promissis, dicitur* انما انت كبرق خلب.

خَلْبَنٌ Pusillanimis, fatua *mulier*; Macra *mulier*.

خَلَبَةٌ *Plur.* Deceptores, mendaces.

خَلَبَةٌ Decipiens (*de muliere*); *et* Iactanter incedens *mulier* (*Gol. ex Meid.*).

خَلُوبٌ Decipiens (*de muliere tantum*).

خَلْبَاءُ Pusillanimis, fatua *mulier*.

خُلَبَاءُ *Ut Pluralis vocis* خَلْبٌ *et dicitur:* خُلْبَاءُ نساء *eodem sensu ac* اخلاب نساء.

خَلَّابٌ *F.* ة Decipiens, fallens saepius *vir*, *mulier*.

خِلَابَةٌ Deceptio, fraus (*quae verbis peragitur*).

خَلَبُوبٌ Decipiens, fallens (*de viro tantum*).

خَلَبُوتٌ Decipiens, fallens (*de viro et muliere*).

خِلِّيبَى Fraus, deceptio.

مِخْلَبٌ *Pl.* مَخَالِبُ Aduncus unguis *rapacis avis vel ferae* (*vel ita sunt voces* ظفر *et* مخلب *distinguendae, ut illa de avibus, quae venando aptae non sunt, hac de avibus venando adhibitis utantur*); *et* Falx non dentata, qua succiduntur herbae; Nomen instrumentorum chirurg. *vid. Albucas. de chirurg. p.* 240 *sqq.*

مُخْلِبٌ Coenosa (*aqua*).

مُخَلَّبٌ Multum colorata pictave (*de vestibus*).

مَخْلُوبٌ Deceptrix, fraudulenta (*mulier*).

خَلْبَسَ Verbis deliciosis decepit *aliquem* eiusque animum sibi conciliavit *c. a. p. vel c. a. cordis*.

خَلَابِيسُ Res vanae, nefas. *Dicitur* وقعوا فى الخلابيس.

خِلَابِسٌ Mollia, mansueta et mitia verba. *Dicitur* اخذ قلبه بالخلابس Occupavit eius animum verbis mansuetis; Mendacium; غره بالخلابس Decepit eum mendacio.

خَلَابِيس Res vanae, nefas; Mendacium; Ex variis regionibus dispersi homines. (*Sunt qui hanc vocem singulari carere dicant, dum alii eam a voce* خلبيس *derivatam esse contendunt*); *tum* Cameli qui aqua satiati tam celeriter abeunt, ut pastor eos attingere nequeat; Res nec bene disposita nec bene cedens.

خَلْنَبُوس Pyrites, silex quo extunditur ignis.

خَلْبَصَ Fugit (*vir*).

خَلَبُوص Nomen avis, quae passeris colorem habet sed eo minor est.

خَلَجَ *F. i. n. a.* خَلْج 1) Traxit, attraxit *rem c. a. r.*; 2) E loco suo traxit et evulsit *rem c. a. r.*; 3) Retraxit a foetu lactando *matrem c. a. p.* (خَلَجْتُهَا) *Djeuh. In Kamuso autem* Infantem aut pullum cameli sui ablactavit, *ut sine accusativo dicatur* خَلَجَ الرَّجُلُ; 4) Movit, agitavit *c. a. r.*; 5) Confodit *c. a. p.*; 6) Occupavit, occupatumque tenuit *cura mundi c. a. p.*; 7) Nictando innuit monuitque *c. a. p. Dicitur* خَلَجَ الرَّجُلُ بحاجبه Palpebris motis adnuit *viro, et* خلج الرجل بعينه; 8) Inivit *feminam c. a. p.*; 9) *F. i. o. n. a.* خُلُوج Palpitavit, commotum fuit *membrum, oculus.* b) خَلِجَ *n. a.* خَلَج Dolores ossium ex lassitudine, labore, vel multo incessu habuit; 2) Corrupta fuit *res.* III Anxia dubiave cogitatione *animum* affecit *res c. a. Dicitur* خالَجَ قلبى امر. V Commotus fuit, vacillavit; Dissolutis velut artubus, ut modo in dextrum, modo in sinistrum latus inclinaretur incedendo, nutavit, *hemiplexia laborans.* VI تخالج فى صدرى شى Dubitans haereo in re. VIII Traxit, abstraxit *c. a.* أُخْتُلِجَ القومُ Abducta vel abrepta fuit gens. *Diw. Huds.*; Ablactatus fuit; Palpitavit commotusque fuit *oculus.*

خُلُج Populus de cuius origine dubitatur; Nomen gentis Arabicae, quae quum primum cum gente Adwan ben-Kais Aihlan coniuncta fuisset, ab Omaro chalifa ab ista separata et genti Harits ben-Malic addita hoc nomen accepit.

خِلَاج Dimicatio, contentio; Dubium; Species quaedam vestium striatarum.

خَلِيج Remotus, longinquus.

خَلَجَة Nictans *oculus. Gol. ex anonym. Lex.*

خَلُوج Quae, quum ei sit pullus ereptus, decrementum patitur lactis *camela*; Quae propter agilitatem et celeritatem iter quasi trahere et evellere videtur *camela*; *et* Nubes disgregata *vel* aqua abundans.

خَلِيج *Pl.* خُلْجَان (*Meid.*) Sinus maris; *item* Flumen: *aliis etiam* ripa *eius*, *ut* خليجا النهر Latera duo fluvii *sint*; Canalis e flumine maiore derivatus; Locus maris profundissimus, gurges, abyssus *Gol. ex Mar. Plur.* خُلُج Scutella lignea magna. *Pl.* خُلُج Navigium minus *quam* عَدَوْلِى appellatum; Funis: quod ei res alligata trahitur. *Pl.* خُلُج Corpore tremente praeditus.

أُخْلُج Funis.

اِخْلِيج Praestans ac velox equus; Planta quaedam.

وجه مُخْتَلَج Facies paucam carnem habens.

مُخْلُوجَة Quae dextrorsum et sinistrorsum fit hastae confossio; Res obscura, dubia; Consilium probum, sententia recta et vera.

خَلْجَم Corpulentus, magnus, *vel* Longa, procera statura praeditus.

خَلِيجَم *Id.*

خَلْخَلَ Omni carne nudavit (*os*) *c. a.*

خَلْخَل *Pl.* خَلَاخِل *et* خَلَاخِيل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant, *ex auro fere vel argento*; Tenuis, pulchra *vestis.*

خُلْخُل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant.

خَلْخَال *Id.*; Tenuis, pulchra *vestis.*

تَخَلْخَلَت Compede ornavit infimam tibiam *mulier* (*a* خلخل *derivatum*).

مُخَلْخَل (*et tanquam Femin. conf. Hamas. p.* 822) Locus tibiae prope talos, ubi periscelis aptatur.

مُتَخَلْخَل Cuius singulae partes non cohaerent *exercitus.*

خَلَدَ *F. o.* 1) *n. a.* خُلُود Perennavit et sempiternus fuit; Constitit, mansit *in loco c.* الى; 2) *n. a.* خُلُود, خَلَد, Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; 3) Permansit *in loco c.* ب *l. vel c.* الى *l.* II Aeternum ac perennem reddidit; Permansit *in loco c.* ب *l.*; Tarde

senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; Pericarpiis vel inauribus ornavit. *Gol. ex Mar.* (*vid.* خلدة). IV Aeternum ac perennem reddidit *c. a.*; Nixus fuit *c.* الى, *ut in his Corani verbis* ولكنه اخلد الى الارض; Inclinavit *ad aliquem c.* الى *p.*; Constitit mansitve *in loco c.* ب *vel c.* الى *l.*; Adhaesit *socio*, affixus fuit ut eum non relinqueret *c.* ب *p.*; Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*.

خُلْدٌ Talpa (*sed rarius quam* خُلْد).

خُلْدٌ Perennitas, aeternitas; Paradisus; Talpa, *vel* Aliud coecum talpae simile animal in terra vivens, quod odorem cepae et porri ita amat, ut posita cepa aut porro in eius foramine prodiens capi possit (*talpa autem ab Arabibus pro caeca habita est*, *Pl.* مَنَاجِذ *in usu est*). *Pl.* خِلَدَة Pericarpium et inauris; Species quaedam alaudae (قُبَّرَة).

خَلَدٌ Mens, animus, anima. *Sic dicunt* ما وقع ذلك في خلدى Non incidit hoc in animum meum.

خَلَدٌ *id. quod* خالد *conf. ill. de Sacy Anthol. Gramm. p.* 66 *infr. t. ar.*

خَالِدٌ *Fem.* ة Sempiternus. أَبُو خَالِد Canis. *Mar.* الجزاير الخالدات Insulae fortunatae. *Abulf.* الخَالِدَانِ Duo viri ex Asaditis, *nempe* Chalid ben-Nachlah ben-Alaschtar ben-Djahwan ben-Fakas, *et* Chalid ben-Kais ben-Almodhallil ben-Malic ben-Alazghar ben-Munkids ben-Tharif ben-Amru ben-Koain.

خَلَدَة Inauris; *et* Pericarpium.

خُلُود Perennitas; Aeternitas; *item* Senectae vegetus vigor virorque.

خَوَالِد Eae montis partes, quae Arabibus inserviunt tripodibus in deserto; Lapides; Montes.

مُخْلِد Perennis, stabilis, firmus, *et* Vegetae ac virentis senectae *vir*.

مُخْلِد Is cuius senectus tarde apparet.

مُخَلَّد Aeternitate donatus, *vel* Non decrepitus; *vel* Semper ad servitium idonei, quum semper utantur bona aetate; *vel* Inauri *vel* pericarpio ornatus; *ita in his Corani verbis* يطوفون عليهم ولدان مخلدون. مُخَلَّدًا Semper.

خلم Nomen plantae; *sec. nonn.* Faba (فول); *sec. al.* Vicia (جلبان *dubito num sit vicia an pisum*), *aut* Lens *vel* huic simile legumen (ماش).

خَلَسَ *n. a.* خَلْس, خِلِّيسَى Rapuit inopinatim et celeriter, *et* abripuit *c. a. r.* III Eripuit alteri; Arripuit aliquid; Fecit occulto, raptim et furtim. IV Partim arida, partim virens fuit (*herba*); Partim cano, partim alio capillo utroque mixto vestitum fuit (*caput*). V Rapuit *c. a.* VI Ad se invicem rapuerunt, et ad se pertraxerunt. VII Se abripuit, separavit, se subduxit. *Hamak. Vakid. Adnot. p.* 46. VIII Celeriter *rem* ad se traxit, rapuit *c. a. r.* (*Sunt qui huic formae eandem ac primae significationem tribuant, sed sensum celeritatis addant.*)

خَلَس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur.

نساء خُلْس Mulieres rubicundae quarum color albus nigro commixtus est (*hic Pluralis aut a* خلساء *aut a* خلاسية *abiectis litteris* ية *formatus est*).

خَلِس Abripiens (*Meid.*).

خُلْسَة *Pl.* خُلَس *nomen* Raptio, ereptio inopinata, celeris; Res quae inopinatim et celeriter rapitur; Quod partim aridum, partim viride est pabulum; Alba macula in nigro; Occasio: *dicitur* هو لك خلسة *Meid.*

خَلِيس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur; *et* Semicanus; Mixta nigra albaque (*coma*); Planta flaccescens, ut duo eius colores mixti sint; Rubicundus, cuius albus color nigro commixtus est *vir*; Fortis.

خِلَاسِيّ *F.* ة Puer patre nigro et matre alba natus, ut eius color ex nigro alboque mixtus sit; Gallus cuius color coloribus gallinae Persicae et Indicae intermixtis constat.

مُخَالِس Fortis.

خَلَصَ *F. o.* 1) *n. a.* خُلُوص, خَالِصَة Pura, alba et non inquinata fuit *res*; 2) *n. a.* خُلُوص Pervenit, attigit *res c.* الى *p.*; 3) Fractum fuit in plures partes in carne *os*; 4) Servavit a malo *c. a.* *Abu-l'Ahla.* b) خَلِصَ *n. a.* خَلَص Fractum fuit in plures partes *os*. (*Quod in Kamuso legitur* نشط *vitium est; legatur* تشظى). II Purum fecit; Sincerum illi praestitit *amorem c. a. r. et c.* ل *p.*; *n. a.* تَخْلِيص Purum butyrum cepit; Liberavit, salvavit a malo *c.* من *r. et a. p.* III Sincere egit *cum aliquo c. a. p. et* في *r.* IV Purum

fecit, purificavit *butyrum c. a.*; Purum cepit butyrum; Sincere et sine simulatione coluit *Deum religione* (*Dicitur* اخلص لله الدين *et quoque* احلص لله), *homines amicitia c. a. p. et* ب *r.*; Medullam pinguem habuit *camelus.* V Liberatus fuit, et se liberavit *ab aliqua re c.* من. X Optavit, ut purus ac sincerus esset; Puram sibi reddidit, integram sibi vendicavit *rem*; Omnino potitus fuit *re c. a. r.*

خَلِصٌ Albus *de omni re.* خَلْصَا الشَّنَّة Utris vetusti in extremitate et inferiore et superiore corii segmenta assuta per quorum interstitia aqua effluit; *et tum* Aqua, quae effluit per interstitia huius corii.

خِلْصٌ (*et Collect.*) *Pl.* خُلَصَاءُ Amicus, *spec.* sincerus.

خَلَصٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Arbor viti similis, boni odoris, quae alias implicat arbores et baccas producit similes carneolis. ذو الخَلَصة Templum, quod Caaba Iemanensis appellabatur et Chasahmitis (خثعم) erat. *Ita appellatum est, aut quia in eo erat idolum* خلصة *appellatum, aut quia hoc in loco arbores* خلصة *crescebant.*

خَالِصٌ (*Fem. c.* ة) *Pl.* خُلَّصٌ Purus, merus; Exquisita et electa pars rei; Nomen fluvii in oriente Bagdadi, ad quem eiusdem nominis magnus pagus situs est. هذا الشىء خَالِصَة لك Haec res tibi propria est et peculiaris aut omnimode convenit tibi.

خَلَاصٌ Libertas, salus, *et sec. nonn.* Aurum (*quae cum Fatha enunciatio vitiosa habetur*).

خِلَاصٌ Salus, liberatio; Igne purificatum *de auro, argento, cremore*; Vestigium (إِثْر).

خُلُوصٌ (*Kam.*; *sed rectius videtur* خَلُوص) Sordes et sedimentum *butyri.*

خَلْصَاءُ Regionis nomen in deserto sitae in qua fons est.

خُلَّاصٌ Rima, interstitium in domo.

خُلْصَانٌ *Sing. et Plur.* Amicus, *et* amici.

خُلَاصَةٌ Purificatum, purum *butyrum*; *etiam in genere* Purior meliorque rei pars. *Gol. ex Mar.*

خِلَاصَةٌ *Id.*

إِخْلَاصٌ Sinceritas. *Haec autem est vocis explicatio in libro* تعريفات *inscripto* الاخلاص فى اللغة ترك الربا فى الطاعات وفى الاصطلاح تخليص القلب عن شايبة الشوب المكدرّ لصفاه وتحقيقه ان كل شى يتصور ان يشوبه غيره فاذا صفا عن شوبه وخلص عنه يسمى خالصا ويسمى الفعل المخلّص اخلاصا.

التَخَلُّصُ Accessio, quae in carmine a parte priore, introductione scilicet ad propositum thema fit, ut una pars alteri consentanea sit. *conf. Al Mokhtusur p.* 682.

مَخْلَصٌ Locus salutis, asylum.

خَلَطَ *F. i. n. a.* خَلْطٌ Miscuit, commiscuit *c. a. r. et* ب *alt.*; 2) Omnia arcana alicui dixit. II *n. a.* تخليط Miscuit, *cum quadam intensione c. a. r. et* ب *r.*; *inde* Confusum, perturbatum reddidit *alicui negotium c. a. et c.* على *p.*; Confudit, perturbavit *c. a. p. et* ب *r. et c.* بين; Corrupit *rem*, perperam et perverse agens *c.* فى *r.* III *n. a.* خِلَاط, مُخَالَطَة Incidit *in aliquem c. a. p.*; Pervenit *c. a. l. Dicitur* خالط سهل الارض. Immiscuit se *rebus hominibusve, aut res* inter se commiscuit *c. a. p. vel r., et* miscuit corpus; Coivit *admissarius cum camela c. a.*; Concubuit *cum femina c. a. p.*; Affecit involvitque *noxa aliquem c. a. p.* خولط الرجل Confusus fuit *mente* vir *c.* فى *mentis*; Incidit, irruit *in gregem lupus c. a.*; Incidit *in aliquem c. a. p.*; Dolore capitis afficit *aliquem morbus c. a. p.* IV Iniit (*admissarius*) *camelam*; Miscuit *admissarium camelum cum femina, i. e.* iuvit ad coitum, veretro in vulvam immisso *c. a. cameli*; *et dicitur* اخلط للفاحل Direxit cameli veretrum in vulvam; Miscuit se cum *re c.* ب *r.*; Defuit in cursu et minus fecit, quam debuit (*equus*). VIII Mixtus fuit; Perturbatum confusumque *alicui* fuit *negotium c.* على *p.*; *item* Defuit in cursu et minus fecit quam debuit (*equus*); Corruptam mentem habuit; Iratus fuit; Pinguis fuit (*camelus*). *Tum dicitur* اختلط الحابل بالنابل *vel* الخاثر بالزُبّاد *vel* الليل المُرْتَجى بالهَمَل *vel* بالتراب *ad significandum, rem esse obscuram et intricatam.* X Primum non bene direxit veretrum, tum vero in vulvam immisit *admissarius.*

خِلْطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui lenonis more uxores suas et utensilia hominibus concedit eaque inter illos quasi proiicit.

خِلْطٌ Omnis res, quae se cum altera miscet; *Pl.* أَخْلَاط Dactylorum variae species mixtae. رَجُلٌ خِلْطٌ مِلْطٌ Mixti generis vir. أَخْلَاط الانسان Quatuor humores, qui corpori humano ad vitam necessarii sunt, *nempe* السودا, الصفرا, البلغم, الدم *Avicenn. p. 5 sqq.* الأَخْلَاط Mi-

scella hominum turba et ignobilis. Fatuus, stultus; Sagitta, quae e ligno curvo confecta, recta reddi nequeat (*ita et de arcu*).

خَلِطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui uxorum suarum et utensilium usum lenonis more hominibus concedit eaque inter ipsos quasi proiicit; Stupidus.

خَلْطٌ Arcus curvus; Sagitta curva.

خُلُطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui uxorum et utensilium hominibus usum concedit eaque inter ipsos quasi proiicit.

خِلَاطٌ Miscella turba ex hominibus, camelis, pecudibusve aliis constans; Quod aliquis camelos suos cum aliis miscet, ut decimari non possint. *Meid. In Kamuso vero in decimis varius huic voci sensus tribuitur. Ita vocem interpretatur auctor*: Quod si *ex. gr.* socii duo centum et viginti oves, ita ut uni sint octoginta alteri quadraginta, possident, et decimans ex toto numero duas capit, ille qui possidet octoginta, alteri quadraginta habenti tertiam partem ovis reddit, ut hic dederit duas tertias partes, ille vero ovem et unam tertiam ovis partem, *et* si decimans ex centum et viginti, unam tantum ovem cepit, qui octoginta possidet oves, alteri duas tertias ovis reddit *vel* in decimis vox خلاط significat, si tres *exempli gratia* socii, quorum quisque quadraginta oves possidet, tres suos greges in unum coniungunt, ita ut tres, quibus singulis una cuilibet ovis danda fuisset, unam tantum ovem dent decimanti. خِلَاطُ Nomen urbis Armeniae (*ne dicas* أَخْلَاطُ).

خِلْطَةٌ Consuetudo sociorum, consortium, amicitia; Hominibus se miscens *mulier*.

خُلْطَةٌ Consortium.

خَلُوطٌ Miscens, commiscens.

خَلِيطٌ *Coll.* Miscella hominum turba; *tum Sing. et Plur.* (*etiam Pl.* خُلُطٌ *et* خُلَطَاءُ) Mixtus, permixtus; *inde* Socius, *sec. al.* Qui rem habet cum alio communem *ut aquam, viam, ut in his traditionis verbis* الشريك اولى من الخليط والخليط اولى من الجار (*In his autem* الشريك *eum significare videtur, qui una cum altero rem nondum distributam possidet*); Coniux; Patruelis; Homines, quorum res una eademque est; Is qui se in alterius res miscet; Pabulum ex foeno et stramine mixtum; Mixtura ex luto et stramine *vel* foeno constans; Lac dulce mixtum cum lacte acido; Butyrum cum carne et adipe mixtum.

خَلِيطَةٌ Lac camelae lacte ovium mixtum, *vel* ovis lac caprarum lacte *vel vice versa*.

خِلِّيطَى (*propr. nom. actionis*) Mixtum. *Dicitur* مالهم بينهم خليطى Eorum opes mixtae sunt.

خُلَّيْطَى Confusio, *seu* confusum negotium, *aut* opus. *Dicitur* وقعوا في خليطى; *et* Miscella hominum turba.

بَيِّنُ الخَلَاطَةِ Fatuus (*vir*).

أَخَالِيطُ Res intricatae, obscurae, difficiles. *Meid.*

تَخْلِيطٌ Opus perperam et perverse factum.

مِخْلَطٌ *et* مِخْلَاطٌ Qui se negotiis ingerit et immiscet, inprimis alienis. *Dicitur* هو مِخْلَطٌ مِزْيَلٌ.

مُخْتَلِطٌ *Fem. c.* ة Pinguis ita ut carnes cum adipe mixtae sint (*de camelis*).

خَلَعَ *F. a.* 1) *n. a.* خَلْعٌ Extraxit, detraxit et quidem lente (*et in hoc differt a* نزع). خلع من الملك يده Imperio abdicavit. *Prov. loc.* خلع فلان رسنه فعدا على الناس بشر Capistrum suum aliquis deposuit et malo affecit homines; Exuit *vestem, calceos c. a. Inde* 2) Deposuit, removit munere *praefectum c. a. p.*; 3) *n. a.* خُلْعٌ Dimisit oblato ab ipsa vel ab alio quodam munere *uxorem maritus.* (*Etsi haec res nomen divortii gerat, ex Alschafeii sententia divortium verum non est*); 4) Repudiatum filium reliquit suo arbitrio (*sich von ihm lossagen: quod faciebant ob scelera commissa etc.*) *c. a. p.* (*Quando tempore ante Muhammedem coram populo aliquis dicebat* هذا ابنى قد خلعته *tum non amplius postea ob eius delicta puniebatur*); 5) Veste خلعة appellata honoris ergo donavit *aliquem c.* على *p.*; 6) Rebellavit; 7) Exivit e loco *Gol. ex Mar.*; 8) Aristas suas emisit extulitque *spica Kam.*; 9) Fronduit, et quidem perenni virore, arboris عصاه appellatae species; 10) Crasso pene praeditus fuit *iuvenis.* b) خَلُعَ *n. a.* خَلَاعَةٌ Sibi relictus, a suis repudiatus fuit *iuvenis*, quia improbus et flagitiosus erat. *conf.* خَلَعَ *n.* 4. c) خَلِعَ Affectus est morbo, quo nervus magnus عرقوب appellatus in camelo contorquetur. II E loco extraxit dimovitque; In carminis genere quod البسيط dicitur, pedem مستفعلن — ◡ — — ita mutavit, ut inde مفعولن — — — fieret tam in priore quam in posteriore hemistichio. III Offerens donum rogavit *maritum*, ut uxorem divortio

dimitteret *c. a. p.* (*conf.* خَلَعَ); *n. a.* مُخَالعة Alea lusit *Djeuh.* IV Invenerunt perpetuo frondescentes arbores عضاه; Fronduit عضاه planta; Grana protulit *spica* (*quod fit ubi extulit aristas*). V Deditus fuit *potui c.* فى *r.*; Disiunctus dispersusque fuit; Laxatione facta aliterve per se dissolutum fuit exciditque *vinculum manus pedisve. Gol. ex Mar.*; Divaricavit pedes *in incessu c.* فى *r.* VI Divortium fecerunt, dissolutis matrimonii pactis *coniuges* (*conf.* خَلَعَ); Foedus inter se ruperunt. VII Extractus fuit; *inde dicitur* انخلع من ملكه; Distortum, laxatum fuit *membrum*; Extractus, eradicatus fuit. *Gol. ex Mar.* VIII Dimissa fuit *uxor* a marito, dum ipsa marito donum dederat (*conf.* خَلَعَ); Opibus spoliarunt *aliquem c. a. p.*

خَلْعٌ Carnes cum rebus aromaticis coctae in loculo ex cute facto, *aut* siccatae carnes, quae assantur et cum iusculo suo in loculum ex cute factum inditae commeatui itineris inserviunt.

خَالِعٌ Divortium faciens (*tam de uxore quam de marito*); Foedere pactove iunctus; Distortio suffraginis عرقوب appellatae *in camelo*; Qui, si vir prominentiori coxae prope caudam parti insidet, propter tendinum debilitatem assilire non potest *camelus*; Plene maturus *de dactylis recentibus*; Quae maturuit *de dactylis immaturis iam adultis. Dicitur* بسر خالع *et* رطب خالع; Arida et caduca fragilisque *arbor*; *et contr.* Perpetuo frondescens (*de arbore* عضاه *appellata*).

خُلَاعٌ Affectio epilepsiae similis.

خِلْعَةٌ Vestimentum, *tum* vestimentum quo a principe aliquis honoris causa donatur (*interdum cum hoc vestimento arma et equus coniuncta sunt*); Melior pars opum.

خُلْعَةٌ (*nomen*) Divortium, quod fit desiderante uxore dum ipsa vel alius quis marito donum offert (*etsi haec res divortii nomen habeat, ex Alschafeii sententia re vera divortium non est*); Melior et selectior pars opum; *tum quoque* Vestimentum.

خَوْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Aleator fortuna semper adiutus ita ut caeteros vincat; *item* Solers viae dux; Improbus et multum peccans *iuvenis*; Fatuus.

خَيْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Indusium seu interula manicis carens.

خَلِيعٌ *Pl.* خُلَعَاءُ Relictus et abdicatus a suis (*iuvenis*); *tum* Improbus. خليع العذار Pro lubitu agens et nil curans; Venator; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Trita *vestis*; *et* Deterior in ludo *sors*; Aleator, qui pignore dato ludit; Lusor, qui omnia sua bona ludendo perdidit *Reisk.*; *F.* ة Vafer, scelestus.

خَلَاعَةٌ Vita dissoluta. *Inde dicitur* اهل الخلاعة Ii, qui vitam dissolutam agunt.

تَخْلِيعٌ Incessus eius, qui inter se distantes nates habet (المخلّع الاليتين). *Dicitur* يمشى التخليع; *tum* Mutatio pedis مستفعلن metri بسيط in utroque hemistichio, ut مفعولن fiat.

مُخَلَّعٌ Qui inter se distantes habet *nates*. *Ita* (ad metrum بسيط appellatum pertinens) mutatus *versus*, ut tam in priore, quam in posteriore hemistichio pes مستفعلن — — ⏑ — factus sit مفعولن — — —, *nominatur*; Debilis et mollis *vir*; Imbecillis animo, ut a daemone obsessus videatur.

مَخْلُوعٌ Repudiatus et relictus a suis *iuvenis*.

مُخْتَلِعَةٌ Libidine venerea ardens (*mulier*).

خَلَعْلَعٌ Hyaena.

خَلَفَ *n. a.* خِلَافَةٌ *et* خِلِّيفَى Pone fuit; Successor alicuius fuit *c. a. p.* خَلَفَ عن اصحابه Reliquit socios suos, retromansit. خلف عن ابيه Patrem suum non assecutus est, par ei non fuit. خلف اباه Post patrem suum fuit *vel* vicarius patris sui fuit. خلف الفاكهة بعضها بعضا Fructus unus alterum secutus est. خلفه فى قومه Successit illi ut familiae seu populi caput. *Dicitur* خلف الله عليك *ut* خلف الله عليك بخير *et* خلف الله عليك خيرا Deus tibi vicem impleat eius quem amisisti (*hoc vero loquendi modo utuntur in rebus, quarum iactura nulla alia rependitur, ut patris mortui*; *in opibus autem caeterisque rebus utuntur verbis* خلف الله لك. *Sunt autem, qui dicant verba* خلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus posse adhiberi. Futurum licitum quidem esse* يَخْلُفُ, *quamvis raro adhibeatur*); 2) A tergo cepit *aliquem c. a. p.*; 3) Fugit; 4) In posteriore tentorii parte posuit fulcrum خالفة appellatum *c. a. tent.*; 5) *n. a.* خِلْفَةٌ Resarsit (*vestem*), parti detritae aliam substituens *c. a.*; *et* Restituit rem amissam. *Ita dicunt* خلف عليها Post mortem mariti eam in matrimonium duxit; 6) *n. a.* خَلْفٌ Hausit aquam *c. a.*; 7) *n. a.*

خَلَافَة , خُلُوف Stupidus fuit; 8) *n. a.* خُلُوف , خُلُوفَة Pravum odorem emisit os *ieiunantis*; Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac*, *cibus*); Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*); 9) Adscendit montem.

b) خَلِفَ 1) Declinavit in latus armo distortus (*camelus*); 2) Praegnans fuit (*camela*); 3) *n. a.* خَلَف Scaeva fuit; Luscus fuit. II *n. a.* تَخْلِيف Retro et post se reliquit *sarcinas c. a. r.*; Constrinxit filo unam (*camelae*) papillam, ne ex ea lac elici posset *c.* ب; Creavit *aliquem* successorem suum *c. a. p.* III *n. a.* خِلَاف , مُخَالَفَة Adversatus fuit, dissensit, contradixit, repugnavit, rebellavit *c. a. et c.* على *p. et* في *r.*; Accessit (*mulierem*) absente coniuge *c. a. p.* خالف فلانة الى موضع اخر Quandam coegit, ut absente coniuge locum mutaret. خالفنى الى المكان Me absente ad locum istum ivit. *Calil. p.* 130 *ed. de Sacy.* IV Resarsit *vestem*, parti detritae aliam substituens, instauravit, utque pro alia re esset, effecit *c. a. r.*; Hausit aquam *alicui c.* ل *p.*; Pravum odorem emisit os *ieiunantis*; Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac etc.*); Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*). *Formula* اخلف الله لك خيرا *et* اخلف الله عليك خيرا Deus tibi vicem amissi impleat, *utuntur in rebus*, *quarum iactura rependi non potest*; *at formula* اخلف الله لك *et* اخلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus*, *quae rependi possunt.* *conf.* خَلَف. اخلف فلان لنفسه Quidam amissa re alteram in amissae locum sumsit. اخلف النبات Germina nova produxit planta. Manum porrexit admovitque gladio ad stringendum; Cingulum a cameli praeputio retrorsum abduxit, ne ab eo laedi posset, aut inhiberi urina *c.* عن *cameli* (*non in camela adhibetur*); Promissis non stetit *c. a. r.*, *et quoque c. d. a.*; *ita dicitur* اخلفنى موعده; *et contr.* Invenit *alicuius* promissa falsa *c. a. p.*; *et dicitur* أَخْلَفت موعد فلان *Citab Aladhdad.* *Dicitur* أَخْلَفت النجوم *prop.* Sidera promissis non steterunt, quum pluvia deficiente sterilis esset annus. (*Hic loquendi modus ante Muhammedem erat usitatus.*) Post se retrudit *aliquem c. a. p.*; Reddidit tibi Deus, quod perdidisti *c.* على *p.*; Accepit plumas post primas plumas abiectas (*avis*); Tempori pubertatis appropinquavit (*puer*); Debilitavit *aliquem medicina c. a. p.*; Iterum adduxit admissarium ad camelam, quum prima vice non conceperit; Hausit aquam *alicui c.* ل *p.* V Retro mansit *c.* عن *p.*, retro relictus fuit. VI Adversati sunt invicem ac repugnarunt. VIII Diversus variusque fuit, non convenit, dissensit *c.* في *r.*, discordavit; Propter ventris fluxiones ultro citroque ivit *ad latrinam c.* الى *l.*; Fuit vicarius, successor *alicui c. a. p.*; Eminus observavit amicum suum et quum abiisset, ivit ad coniugem *eius c. a. p.* اختلفا الليل والنهار Nox et dies unus alterum sequitur; Intricatus fuit. *Gol. ex Mar.* X Vicarium aut successorem creavit *aliquem c. a. p.*, *et* ipse talis esse voluit; Successit; Hausit aquam *c.* ل *p.* *Djeuh.*

خَلْفَ 1) Pone. جلس خَلْفَهُ Sedit pone eum. من خَلْفِ A tergo; 2) Post (*de tempore*); *ut* لبث خلفه Cunctatus est quum is abiisset.

خَلْف Extremitas securis, eius caput. *Inde dicitur* فأس ذات الخلفين Securis duplici capite praedita. Is, in quo nullum bonum est; Omne id quod malum est tam in dictis quam in factis. *Prov. locut.* سكت أَلْفا ونطق خَلْفا Mille verba non dixit, tum protulit pravum sermonem. *Pl.* خُلُوف Is qui e tribu praesens est; *et contra* Omnis qui e tribu abiit; Securis magna, *vel* securis uno capite praedita; Caput cultri tonsorii; Progenies. *Plur.* خُلُوف Costa brevissima in latere; Locus in quo continentur cameli (مربد), *vel* Locus pone domum; Tritus (*de utre coriaceo*, *cui lac inditur*); Quod pone est, pars posterior, *et* Post veniens, succedens *tempus tempori*, *populus populo.* *Dicitur* هو خلف سوء من ابيه; *et* هو خلف سوء *et* هولاء خلف سوء. *Pl.* خُلُوف Posteri.

خِلْف Diversus. *Duae res diversae appellantur* خِلْفَان *ut in his* له عَبْدان خِلْفَان Ei sunt duo servi, quorum unus longus alter brevis, *vel* quorum unus niger alter albus est. Rixosus; *nom.* Haustus (*das Schöpfen*); Aestatis tempore crescens *herba*. *Pl.* أَخْلَاف Costa parva ventri contigua; *item Pl.* أَخْلَاف Papilla uberis camelini quam mulgens digitis tenet, *vel* uberis extremum *vel* uberis posterior pars, *vel* uber cameli (*ut voce* ضرع *in ove utuntur*). *Tum dicitur* ولدت الشاة خلفين Uno anno ovis peperit marem, altero feminam. ذات الخلفين *Pl.* ذوات الخلفين Securis duobus capitibus praedita.

خُلْف *nom. Pl.* أَخْلَاف Quod contrarium est repugnatque promissis (*respondet hoc in rebus futuris voci* كذب *in praeteritis*); *tum* Discordia.

خَلَف Qui post venit, successor; *sic dicunt* هو خلف صدق من ابيه Successor verus est patris, eiusque tenet locum; Egregius, probus filius (*vocali distinguitur haec vox a*

خَلْف pravus filius; *sed interdum unum loco alterius adhibent; sunt tamen, qui utrumque idem significare contendant.)* *Dicitur* بقى منه خلف. *Tum* Quod loco alicuius rei datur; *inde dicitur* اعطاك الله خلفا عن تلف.

خَلِفٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Praegnantes *de camelis.*

خَالِفٌ Stultus; Vinum dactylorum corruptum; Is, qui pone aliquem sedet; *ita in his Corani verbis* فاقعدوا مع الخالفين; Postica seu posterior pars. *Gol. ex Mar.* خالف اهل بيته Postremus domesticorum aut familiae, *i. e.* in quo nihil est boni; Qui haurit aquam; Contrarietas, dissensio.

خِلَافٌ Contrarium. من غير خلاف Sine controversia. من خلاف Ex diversis et contrariis lateribus. *Cor. Sur. V*, 37. *VII*, 121. خِلَافَهُمْ Post eos. *Diw. Huds.* على خلاف ما عهد Ei contrarium quod fieri solebat. خِلَافَ Contra promissum, repugnanter *c. genit.*; Manica tunicae (قميص); Salix arbor (*vitium erit, si* خُلَاف *enuncias*).

خَلَفَةٌ Defectus appetitus propter morbum.

خِلْفَةٌ Contrarietas, dissensio (*in natura hominis*); Quod ferae modo a facie modo a tergo veniunt; Diversus, discordans; Panniculus, quo resarcitur; Lora pone equitem appensa in iumento, quorum ope res alligantur; Quos emittit arbor initio frigoris flores, *vel* Fructus arboris prodientes post fructus, *vel* Folia sub foliis nascentia; Uvae, quas vitis fert, postquam uvae maturae resectae sunt (*maturis enim resectis illae, quae iam virides remanserant, ad maturitatem pervenerunt*), *et* eiusmodi fructus omnis, *vel* quod denuo vitis omphaces profert; Quod unus alteri opem fert et absentis partes agit; Iumenta colore aut forma diversa; Cibi inter dentes remanentis partes; Recidivus morbus; Tempus post tempus; Planta, quae progerminat post plantam, *vel* quae non ob pluviam sed ob frigus posterioris partis noctis progerminat. *Singul. et Pl. Masc. et fem. Dual.* خِلْفَتَانِ (*Plural. quoque est* أَخْلَافٌ) Diversus. *Dicitur* له ولدان خلفتان Illi sunt duo filii, quorum unus longus alter brevis, vel unus niger, alter albus est; *eodem modo quoque dicitur* له امتان خلفتان; Duo colores coniuncti *appellantur* خلفتان. خلفة الابل Quod vespere aquatum camelos ducis, quum homines abierint. أَخَذَتْهُ خِلْفَةٌ Multum ultro citroque ivit ad latrinam; *item* Res post aliam consequens, *aut* diversitas, *ut in his Corani* جعل الليل والنهارَ خِلْفَةً (*sed dubitatur, num vox* خلفة *nomen an nomen actionis sit*); Diversa gens sive sit externa forma et habitu sive consilio; Dissensio. *Dicitur* بينهم خلفة. Diversi generis turba: partim mares partim feminae. يمشين خِلْفَةً Hae veniunt, abeunt illae. Seges ex seminibus ut tritici hordeique progerminans; Alvi fluxus, quo varii excernuntur humores. *Razi p.* 180; Praegnans camela. *Gol. ex Meid.. de pluribus interpretatur Mar.*; Haustus (*das Schöpfen*). من اين خلفتك Unde hauritis aquam?

خَلِفَةٌ *Fem. sc.* Contrarium facientes, repugnantes, adversantes, post alios venientes et consequentes. *Gol.*

خُلْفَةٌ Dissensio, adversatio (*sed usitatius est* خِلْفة); Vitium; Stupiditas; Desipientia. *Dicitur* به خلفة من الهرم. *Pl.* خُلَف Sapor, qui post cibum sumtum remanet. *Dicitur* اكلت الطعام وبقيت خلفة منه فى فمى.

خُلُوفٌ (*nempe Pl. a.* خَلْف *quod vide*). حى خلوف Arabes absentes a sua mansione, qui inde abierunt ut nullus supersit, *ut in hoc versu a Djeuhario citato* اصبح البيت بيت ال بيان مقشعرا والحى حى خلوف; *et contr.* Praesentes postquam abfuerunt retrove manserunt. *Djeuh.*

خَلِيفٌ *Pl.* خُلَفٌ, خُلُفٌ Sagitta multum acuta; In medio fissa, cuius extremitates duae iunguntur *vestis*; Camela secundo die postquam enixa est. *Dicitur* ركبها يوم خليفها Lac, quod post colostrum mulctum; *et* Contortus, convolutus; Via inter duos montes, *vel* vallis inter duos montes; *inde dicitur* ذِئْبُ الخليف (*ut dicitur* ذئب غضا) *quia in tali via lupus vehementior et rapacior est*; *tum* Angustus in tali via locus, per quem aqua cum vehementia fluit; Omnis via per montes; *tum general.* Via *Kam.*; Via pone montem, vel pone vallem. *Diw. Huds*; Mulier, quae deorsum demittit comam suam. خليفا النّاقة Partes axillis inferiores in camela (*Djeuharius, qui Abu-Obaidam secutus* ipsas axillas *hanc vocem significare dixit, a Kamusi auctore vituperatur*); Magna res.

خَالِفَةٌ Multum contrarius, dissentiens *vir*; Contrarietas, dissensio; (*cum* ة *augmenti*) Postremus suorum, in quo nihil est boni. هو خَالِفَةُ أَهْلِ بَيْتِهِ Ille non praestans

est; Malus, perversus. *Gol. ex Mar.*; Stultus; Populus restans post populum antecedentem; Contrarietas. ما ادرى اىّ خَالِفَةٍ هو Nescio quis homo sit (*est declinabilis vox et indeclinabilis*); *et ut Fem.* Multum immorigera (*mulier*) *Gol. ex Mar.*; *item* Fulcrum tentorii, sive rotundi, sive oblongi in postrema eius parte.

خَلَافَةٌ Stupiditas, desipientia.

خِلَافَةٌ Vicariatus, successio; Imperium, eiusve dignitas et administratio.

خِلَفْنَةٌ *gen. comm. et Sing. et Plur.* Multum contrarius, dissentiens (*vir*); Vehemens contrarietas, dissensio. *Dicitur* فى خلقه خلفنة.

خَوَالِفُ (*Pl. vocis* خَالِفَةٌ) Mulieres, *ut in his Corani verbis* رضوا بان يكونوا مع الخوالف; *tum* Terrae quae post caeteras omnes herbas producunt. ما ادرى اىّ الخَوَالِفِ هو Nescio, quis homo sit.

خَلِيفَةٌ (*Haec vox ex voce* خليف *orta, cui littera* ة, *ut significationis vis augeatur, addita est, et hanc ob causam pluralem* خُلَفَاءُ *formant et dicunt* ثَلَثَةُ خلفاء, *non* ثلث خلفاء; *sed qui a voce* خليفة, *litterae* ة *rationem habentes, formant pluralem* خَلَايِفُ, *dicunt duplici modo aut* ثلثة خلايف *ut masculini, aut* ثلث خلايف *ut feminini.*) Successor, vicarius. كان الله خليفة والدك Sit Deus pro patre tuo: *consolationis formula*; *tum* Imperator, rex magnus, *vulgo* Chalifa. *Mortuo enim Mohammede eius successor Abu-Becrus nomen* خليفة رسول الله *accepit. Ohmarum regnantem primo appellarunt* خليفة خليفة رسول الله Successor successoris legati Dei. *Sed quum viderent, hoc nomen fore in posterum nimis longum, quia semper denuo addenda esset vox* خليفة, *hoc nomine abiecto sequentes imperatores nomine* امير المومنين Princeps fidelium *appellabant. Nihilominus tamen nomen* خليفة *regi magno dabant.*

خِلَفْنَاةٌ *gen. comm. Sing. et Plur.* Multum dissentiens, contrarius *vir*; Vehemens contrarietas, dissensio. *Dicitur* فى خلقه خلفناة.

خِلِّيفَةٌ Multum contrarius, dissentiens (*vir*).

خِلِّيفَى *n. a.* Vicarium esse.

خَلْفَانِيٌّ Retrorsum incedens. *Gen. IX*, 27.

الخِلَافِيَّات Res, de quibus a viris doctis contrariae feruntur sententiae. *conf. Viri ill. de Sacy anthol. gramm. p.* 473.

أَخْلَفُ Declinans in latus ob humeri distorsionem (*camelus*); Scaeva; Luscus; Pauca prudentia praeditus; Fatuus; Fluxus aquae; Serpens mas; *item* Magis forma diversus a patre et matre; *et* Magis fallax.

اِخْتِلَافٌ Diversitas; *nempe* اختلاف الدارين Diversitas domiciliorum. *Est una ex quatuor causis cur unus alterius haeres esse non possit. Quomodo res se habeat, vid. in libro* الشريفية فى شرح السراجية *p.* 17.

مَخْلَفٌ Viae apud Minam, in quibus homines transeunt.

دُبٌّ Status, constitutio, *etiam* innata rei; Ratio ac via, consuetudo ac mos agendi; *item Pl.* دِبَبَةٌ, أَدْبَابٌ Ursus; *tum* Ursi sidus, *quod* اكبر (maius), *vel secundum alios* et minus; *sed quum inter utrumque distinguere volunt*, *dicunt:* الدب الاكبر *et* الدب الاصغر *conf. Ideler. Unters. p.* 3. *p.* 19; *tum* فعلت كذا من شُبَّ الى دُبَّ *vel* من شَبَّ الى دَبَّ Ita egi ab adolescentia ad senectutem, *qua per terram repitur.*

دَبَبٌ Pullus vaccae, tempore, quo eum parit; Lanugo, *vel* Copia pilorum; Vitium (*Diw. Djerir.*).

دَبِبٌ *Fem.* ة Parvos habens in facie pilos.

دَبَّةٌ Vas, quod semiuibus et oleo destinatum est. *Kam.*; Vas coriaceum, canthari seriaeve forma, in quo butyrum vel mel circumferunt viatores, *et hac sign. est Persicum Gol.*; *item* Tumulus arenaceus, *vel* Arena rubra, *vel* Arena aequabilis et plana; *vel* Terra aequabilis ac plana; Urceus vitreus; Cucurbita, *vid.* دبى; *item Plur.* دِبَابٌ Reptatio una, lenta progressio una. *Pl.* دُبٌّ Lanugo in facie.

دِبَّةٌ Reptatio; Lentus incessus. خفى الدبة Clanculum obrepens.

دَبَابِ Vox qua vocatur hyaena, *idem significat ac* دَبِّى.

دُبَّةٌ Modus, agendi ratio. *Dicitur* دعنى ودبتى. Ursa.

دَبُوبٌ Obtrectator; Lente procedens *iumentum*: *peculiariter* ob carnis copiam; *et inde* Pinguis *de animalibus*; Qui clanculum obtrectat ac nocet; Spelunca profunda. *Dicitur* طعنة دبوب Ictus qui est causa, ut sanguis effluat. جراحة دبوب Vulnus sanguine manans.

دَبِيَّةٌ *Fem.* Pilosa.

دَبِيبٌ Quicquid per terram graditur.

دَبِّى *Nempe* دَبِّى حَجَلْ Lusus quidam.

دَابَّةٌ *Pl.* دَوَابُّ (*et pro genere masculino adhibent vocem*) Quicquid graditur super terra, *pecul.* bestia: *tum potissimum* ad vecturam idonea; Iumentum *sc.* equus (*non videtur esse camelus*). دابة الارض Bestia terrae. (*Hanc bestiam*

exituram esse dicunt ex monte Zafa rupto apud Meccam tempore diei supremi vel initio eius, dum homines ad Minam eunt, aut ex Thajif aut ex tribus locis tribus vicibus secum ferens baculum Mosis et sigillum Salomonis. Hanc autem bestiam tacturam Muhammedis asseclas, sigillo autem signaturam increduli cuiusque faciem.)

دُبَّاءٌ *Coll. nom. unit.* دُبَّاءَةٌ Cucurbita; Cucumis anguinus *fortasse. Spreng. hist. rei herb. T. I. p.* 269.

دِبِّىٌّ *et* دِبِىٌّ Ullus. *Dicitur* ما بالدار دبى.

دَبَبَانٌ Lanugo *vel* copia pilorum.

دَيْبُوبٌ Obtrectator; *aut potius*, qui quod vidit vel audivit odiose eliminat et aliis refert, *vel* Leno.

دَبَّابٌ *F.* ة Repens.

دَبَّابَةٌ Musculus *vel* machina bellica, quae militibus impleta ad arcis muros admovetur, ut perfodiantur.

دُوَيْبَّةٌ *Deminut.* Animalculum, bestiola.

أَدَبُّ *Fem.* دَبَّاءُ Parvis in facie pilis praeditus; *item uti* أَدْبَبُ *(in traditione)* Pilosus *camelus.*

مَدَبٌّ *et* مَدِبٌّ Locus ubi fluit *aqua*, repit *formica. Nomen est cum Kesre, nomen actionis cum Fatha.*

مَدَبَّةٌ Locus, ubi quid repit; Ursos habens alensve *terra* (*a* دُبٌّ).

مَدْبُوبَةٌ *Id.*

دبا 1) Quievit; 2) Percussit *fuste c.* ب *instr.* II *n. a.* تَدْبِيَةٌ Texit, occuluit *c. a. vel c.* على.

دَبَاءَةٌ Fuga.

دبج *n. a.* دَبْجٌ *et* دَبَجَةٌ Figuris ornavit pinxitve aut finxit *rem.* II *n.a.* تَدْبِيجٌ *(a nomine* ديباج *derivatum)* Veste ديباج appellata ornavit *aliquem. Dicitur quoque* دبّج المطرُ الارضَ.

دِبَاجٌ *i. q.* ديباج Vestis serica.

دَبَّاجٌ Qui vendit vestes. *Gol. ex Meid.*

دِيبَاجٌ *Pers.* ديباه, *aliis a* ديو باق *(Geniorum textura) Plur.* دَبَابِيجُ *et* دَيَابِيجُ Vestis serica: *inprimis* picta; *pecul.* Attalica, auro intexta, *et* Margo panni ornatior. *Gol. ex Gl. Mar.*; 2) Camela iuvenca; 3) Praefatio libri.

دِبِّيجٌ Ullus. *Dicitur* ما بالدار دبّيج. *(Observandum autem, Abu-Obhaidum de veritate tam vocis* دبيج *quam* دبيج *dubitasse, et quum plures ex Arabibus campestribus rogati essent, nullum nisi* ما بالدار دبّى *loquendi modum notum iis fuisse.)*

دِيبَاجَةٌ *(subinde sine* ا*)* Praefatio libri, *quod ornatiore stylo conscribi solet*; Facies. *Inde varius loquendi modus ortus est* اخلق له ديباجته *quod idem est atque* اخلق له وجهه *sed minus ornate dictum. Hoc in mendicantem dicunt et petentem. Huic contrarium est* فلان يصون ديباجته Honorem suum conservat, eumque non abiicit. *Dual.* الديباجتان Genae ambae faciei; *quibusdam quoque* Nates.

مُدَبَّجٌ Veste serica ornatus; Ex serico factus; Capite et forma foeda praeditus; Species quaedam bubonis et avium aquaticarum.

دبح *n. a.* تَدْبِيحٌ 1) Extenso dorso demisit caput, *et quidem* usque vel infra nates. *(Hic prosternendi modus in precibus faciendis traditione interdictus est* نهى ان يدبّح الرجل فى الركوع كما يدبّح الرجل*)*; 2) Terram fiderunt tubera nec apparuerunt; 3) Mansit domi suae, haud egrediens foras; 4) Abiectus, vilis fuit. VII Extendit dorsum et demisit caput.

دِبْحٌ *i. q.* دِبِّيجٌ Ullus.

أَكَلَ مَالَهُ بِأَدْبَحَ وَدِبِيدَحَ Consumsit opes suas in rebus inanibus; *vel* جاء بادبح ودبيدح Vanam protulit, attulit rem.

مُدَبَّحَةٌ *Pl.* مَدَابِحُ Incurvatum extrorsum dorsum habens *arenae tractus.*

دَحْسٌ Statura magna praeditus et crassus; Leo.

دبخ II *n. a.* تدبيخ *i. q.* دَبَّحَ.

دُبَاخٌ Quidam pueris Arabum solitus lusus.

دَحْسٌ *idem quod* دَحْسٌ.

دبدب Incessit.

دَبْدَبٌ Incessus formicarum longis pedibus instructarum.

دُبَادِبٌ Vir corpulentus; Vir clamosus, magna voce praeditus.

دَبْدَابٌ *et sine* ا *Pl.* دَبَادِبُ Tympanum, *a sono.*

دَبْدَبَةٌ Sonus ei similis, qui ab equi ungulis, cum solum durius ferit, excitatur; Lac admodum spissum *vel* caseus mollior, supra quem lac mulgetur.

دَبْدَبَى Lac admodum spissum ac durum.

دَيْبُونْ *Pl.* دَيَابِينُ *et* دَبَابِيدُ *a Pers.* دُو پُودْ Pannus duas habens fimbrias.

دَبَرَ 1) *n. a.* دُبُور Pone fuit; 2) Successit, sectatus fuit *c. a.*; 3) Tergum vertit; *inde* Praeteriit *dies vel nox*; Abstulit *rem c.* ب *r.*; 4) Consenuit; 5) Convertit se in occidentem (دبور) *ventus*; 6) In occiput inflexae fuerunt aures cameli; 7) *F. o. n. a.* دُبُور, دَبْر Transivit scopum *sagitta*, et post eum in terram decidit; 8) *n. a.* دُبُور Retulit *dictum factumve* post alicuius mortem, ab eo acceptum *c. a. r.*; 9) *n. a.* دَبْر Conscripsit *librum c. a.* b) دَبِرَ *n. a.* دَبَر Ulceratum fuit, seu ex intertrigine laboravit, *dorsum iumenti*; 2) Opibus abundavit. *vid.* دَبْر. c) دُبِرَ Vento occidentali affectus, afflatus fuit. II *n. a.* تَدْبِير Disposuit, instituit, rexit, moderatus fuit *rem*, *pecul.* respiciens finem *c. a. vel c.* فى; Consilio fecit, studuitque facere *c.* على *vel c.* ان; Molitus fuit *c. a. r.*; Manumisit *servum* post domini mortem; Citavit *aliquid* post alium ab eove acceptum, vel eius fide *c. a.*; Ubera camelae fimo oblevit, ne lacteret pullus *Gol. ex Mar.* (*Vitiosum videtur*, *conf.* دثر.) III *n. a.* دِبَار *et* مُدَابَرَة Adversatus, adversus fuit *c. a. p.*; Fidit aures *camelae*, ut pars in occiput reclinata fuerit *c. a.*; Mortuus fuit. IV Tergum vertit; Retro cessit; Ad occasum inclinavit *stella*; Perverse se habuit; Pone venit, secutus fuit; Ulceratum fuit *dorsum iumenti*; Laesit dorsum *iumenti sella c. a. ium.*; Habuit iumentum, cuius dorsum ulceratum erat; In regionem intravit, ubi flabat ventus occidentalis; Intellexit *dictum c. a.*; Sursum mota vel a pectore abducta manu torsit *c.* ب *r.*; Die Mercurii iter fecit; Discrevit eius قبيل ab eius دبير *i. e.* eius obsequium ab eius contumacia; Mortuus fuit. *Dicitur* ادبر المقبل. Sociorum res neglexit *vir*; Possedit multas opes; Ad occiput conversam habuit eam partem, quae فتلة الاذن appellatur, *camela* (*contr. est* اقبال). V Meditatus fuit rei finem, cum attentione egit quid *c.* فى *et c. a. r.* *Verba Corani* افلم يَدَّبَّرُوا القول *ita interpretantur* Nonne id intellexerunt, quod ipsis in Corano expositum est. *Sur. XXIII, v.* 70. VI Desciverunt et defecerunt a se invicem; Invicem opposuerunt, *vel* adversa habuerunt terga. X Avertit se *ab aliqua re*; Retrocessit, *seu* retrorsum ivit, seve convertit; Repulit; In fine cognovit non ante cognitam *rem c. a. r.* *Dicitur* استدبر فى الامر ما لم يكن استدبر. Elegit, praehabuit *rem c. a. r.*

دَبْر *Pl.* دِبَار, دُبُور, أَدْبُر Examen apum *sec. al.* crabronum; Somnus qualibet hora. *Dicitur* هو ملازم الدبر. Terrae pars dura insulae similis in mari sita, modo undis tecta modo nudata; Multae opes; Posterior pars *rei*; *inde dicitur* جعل كلامه دبر اذنه Non intentus fuit in eius sermonem; Mors; Mons, *ut in hac traditione* ما احبّ انّ لى دبرا ذهبا وانى آذيت رجلا من المسلمين; *Coll.* Arvum eiusve partes, *ceu a versura*, *pecul.* virescentis segetis, quaeque resecta equis in pabulum praeberi solet *Meid.*; Utilitas, emolumentum.

دَبْر *Pl.* دِبَار *et* دُبُور Examen apum et crabronum. *Coll. Pl.* دُبُور Foetus locustae, parvae locustae; *item hoc* Aqua ingens; Multae opes, *ut Adi. tam sing. quam plur.* Copiosus, *ut dicatur* مال دبر *et* اموال دبر *et quoque* رجل ذو دبر Multas opes habens vir.

دُبْر Postica et postrema pars, Finis *negotii*, *rei*, *temporis*. *Dicitur* على دبر الشهر *et* فى دبر الشهر *et* جئتك دبر الشهر *eodem modo dicitur in Plurali* جيتك ادبارَ الشهر *et* فى ادبار الشهر. Angulus domus; Podex; Tergum. عتق العبد عن دبر Manumissio servi post domini mortem.

دَبَر Fuga in praelio.

دَبِر Ulceratus in dorso; Camelus postica parte laesus. هانَ على الأَمْلَسِ ما لاقى الدَّبِرُ *Prov. in virum adhibetur*, qui non curat res socii sui.

دُبُر Postica pars; Finis *negotii*; Tergum; Podex.

دَابِر Praeteritus; *inde dicitur* هيهات ذهب كما ذهب به امس الدابر; Sequens, assecla; Extremum, postremum *de omni re*. *Dicitur* قطع الله دابرهم Ultimum iam restantem eorum perdat Deus! Radix *vel* fundamentum *rei*; Exiens e scopo sagitta; Tessera adversa, quae nulla potitur sorte. *Dicitur* ما بقى فى الكنانة الا الدابر. Aedificium super puteo in arenoso loco effosso; Lacinia aedificii.

دَبَار Exitium (*aut Plur. a* دبارة).

دِبَار Agri pars, quae sextario frumenti conseri potest; Fossulae inter sata factae, ut iisdem rigentur; *item* Dies

Mercurii, *antiquo idiomate* (*Chalilo vero in libro* كتاب العين *inscripto* nox diei Mercurii *est*). دِبَارًا Post iustum tempus. *Dicitur* فلان ياتى الصلوة دبارا.

دُبَار Dies Mercurii. (*Chalilo vero in libro* كتاب العين *inscripto* nox diei Mercurii *est*.)

دَبُور Occidentalis *ventus*, plerumque circa noctem spirans; *ipse* Zephyrus.

دَبِير Filum eiusve pars, quae nendo retro trahitur, vel sursum a pectore abducitur. عرف قبيلَه من دبيره Rebellionem eius ab obsequio discrevit. *Pers.* Scriba, notarius.

دَبْرَة Agri pars una, quae sextario frumenti conseri potest, *Pers.* كرد (*sunt, qui pluralem huius formae* دَبْر *esse dicant*); *i. q.* دابرة. *Plur.* دِبَار Infelicitas, adversa fortuna; Fuga in proelio. *Dicitur* كانت الدبرة له Vicit proelio adversarium. كانت الدبرة عليه In fugam actus fuit; *tum* Finis.

دِبْرَة Plaga, opposita ei (*pec.* Meccae) ad quam alii se convertunt. *Dicitur* ما له قِبْلة ولا دِبْرة In re sua peragenda non recte agit. *Dicitur quoque* ليس لهذا الامر قبلة ولا دبرة Res haec non cognoscitur.

دَبَرَة *Pl.* دَبَر *et* أَدْبَار Ulcus in dorso iumenti; *item* Latus cameli.

دَبْرَى Fuga (*Meid.*).

الدَّبَرَان Mansio lunae, *sc.* Hyades quinque in Tauro stellae, *pecul.* fulgentior illa, *quae* Oculus Tauri *dicitur*. *conf. Alfrag. p.* 76. 77. *Ideler. Unters. p.* 136. 141. 287.

دَابِرَة *Pl.* دَوَابِر Pars extrema *pec.* arenarum; Pars posterior; Tendo pedis humani; Calcar avis; Ea pars ungulae, quae posteriori tarso respondet; Fuga in bello; Modus quo luctator pedem suum pedi implicat adversarii, ut hac arte eum prosternat; Infausta *mulier*.

دَبَارَة Agri pars, quae sextario frumenti conseri potest.

دَبُّور Genus habitusque *hominum*. ليس هو من شَرْج فلان ولا دَبُّوره Non est ex alicuius genere et forma.

دُبُرِى Preces postremo tempore factae.

دُبُرِى Posterior, *pec.* quod in fine, aut elapsa occasione, demum in mentem venit, *consilium*. دُبُرِىّ Preces postremo tempore factae (*hoc non enuntiandum est* دُبُرِى).

دُبُرِيًّا *et* دُبْرِيًّا Post idoneum tempus, post mortem alicuius.

أَدْبَر Ulceratus *seu* vulneratus dorso.

أَدَابِر Qui a suis aversus est; *nec* dicta cuiusquam audit, *aut* quicquam curat.

أَدْبَار *Plur. in genere* Posticae res; *adverbialiter* In fine; Post venientes; Cervices, terga. أَدْبَار السُّجُود Duae inclinationes indifferentis usus post alias necessarias precationis vespertinae; *at* ادبار النجوم Tales duae post necessarias precationis matutinae.

أُدَيْبِر Species serpentis.

إِدْبَارَة Fissae auris pars, in occiput flexa *aut est nomen actionis, cui contrarium est* اقبالة.

تَدْبِير *Pl.* تَدَابِير Regimen.

مُدَبَّر Manumissus post domini mortem; Praeparatus, medicatus. *De Sacy Chrest. Arab. T. II. p.* 335 *ed. alt.*

مُدَبِّر Rector; Moderator rerum; Magister; Scriba; Is, cuius munus in aula regis sub eo est, qui كاتب السر appellatur. *Meid.*

مُدَابَر *F.* ة Fissam aurem parte retrorsum pendula habens *ovis*; *tum* هو مدابر ومقابل Purus Arabs, tam a parte patris, quam a matris parte est: *Hic loquendi modus ducitur a voce* ادبارة *et* اقبالة.

مُدَابِر Cui infelix tessera (دابر) cessit, haecque ipsa tessera.

مَدْبُور Vulneratus, *pecul.* dorso; Opibus abundans.

مُدَبِّرَات Angeli. *Cor. Sur.* 79, 5.

دبس *n. a.* تَدْبِيس Occultavit *c. a. r.*; 2) Occultus fuit latuitve; 3) Resarsit (*ocreas*) *c. a. r.* IV Rubro nigroque, *sc.* spadiceo, colore seu phoeniceo fuit *Djeuh.*; Germina prima plantarum produxit *terra*. IX Nigra facta fuit *res*.

دَبْس Res quaevis nigra; Magna hominum copia.

دِبْس Magna hominum copia; Mel dactylorum et apum.

دُبْس *Pluralis a* دبساء. *Dicitur* جاء بامور دبس وربْس Graves vehementes res attulit.

دِبْس Mel dactylorum et apum.

دُرِى دُبَس. *Haec verba Arabes dicunt, quum pluviam coelum portendit, sec. al.* دبس *est nomen* ovis.

دُبُوس Selectiores, *quasi* mellei dactyli, qui butyro inditi colliquescunt idque gratius reddunt.

دَبَّاس Mellis venditor.

دَبُوس *Pers. Plur.* دَبَابِيس Clava tudesve metallico capite: qua fere equites utuntur, *estque ceu sceptrum.*

دُبْسِى *F.* ة *Pl.* دَبَاسى Nomen avis parvae, subnigrae et clara voce praeditae (*Gilaeis* سبتة *dictae Gol. ex Mar. Pers.* موسيچه): Palumbes, similisve. *Gol. ex Meid.*

دِبَاسَاة *Coll. nom. unit. c.* ة Locustae feminae.

أَدْبَس *Pl.* دُبْس Phoeniceus, spadiceus *equus, avis.*

مُدْبِس Primis herbis nigrescens *campus.*

دَبَشَ *n. a.* دَبْش 1) Decorticavit *rem c. a. r.*; 2) Edit *cibum c. a. r.*

دَبَش Supellex domestica, vilior.

مَدْبُوش *Fem.* ة Depastus a locustis *ager.*

دَبَغَ *F. o. a. i. n. a.* دَبْغ, دِبَاغ, دِبَاغَة Concinnavit *pellem in corium c. a. adhibito stercore canino, calce.* VII Concinnata fuit *pellis in corium etc.*

دِبْغ, دِبَاغ Res, qua paratur pellis coriumve.

دَبْغَة *nom. vicis* Una corii concinnatio.

دِبْغَة Res, quam adhibent ad concinuandum corium.

دَبُوغ Emolliens aptansque terram *pluvia.*

دَبِيغ Concinnatum *corium.*

دَبَّاغ Coriarius.

دِبَاغَة Ars coriaria.

دَابُوغ Auguria.

مَدْبَغَة *et* مَدْبُغَة Locus, ubi pelles concinnantur (*Lohgerberei*); Pelles, quae concinnantur.

دَبِقَ Ita *ad aliquem* adsuevit, ut nunquam ab eo secederet *c.* ب *p.* II *n. a.* تَدْبِيق Visco cepit *avem c. a.* IV Firmiter ceu visco adhaerere fecit *c. a.* ما أَدْبَقَه Quam adsuetus ad eum est! V Visco capta fuit *avis.*

دِبْق Viscus; *tum* Planta; *tum ipsum* Glutinum aucupis.

دَابُوق Viscus, glutinum aucupis.

دَبُوق Genus ludi.

دَبُوقَاء Viscus, glutinum; Stercus ac quicquid merdae avium instar expanditur.

دَبُوقَة Capillus plexus. (*Vox apud Arabes campestres non usitata* مولد.).

دَبِيقِى Dabecensis *pannus, scil.* ex oppido Aegypti Dabek.

دَبَاكَة *i. q.* كِرْنَافَة Tuber rami palmae, eiusve resecti pars in trunco restans.

دَبْكَلَ Congregavit *pecora*, dispersa a lateribus coëgit *c. a.*

دَبَكَل Crassa praeditus cute et deformis; *unde* ام دبكل Hyaena.

دَبَلَ *F. o. i.* 1) *n. a.* دَبْل, دُبُول Stercore immisso vel alia re ad serendum praeparavit *terram c. a.* (*tum et in aliis rebus sensum* reparandi, aptandi *habet*); 2) *n. a.* دَبْل In unum coëgit, collegit *rem c. a. r.*; 3) *n. a.* دَبْل Magnam fecit ad deglutiendum *buccellam c. a. r.*; 4) *n. a.* دَبْل Repetitis vicibus seu consequenter percussit *eum fuste c. a. p. et* ب *instr.*; 5) دبلته الدُبول Calamitates eum afflixerunt. b) دَبِلَ Pinguis fuit. II Magnam fecit ad deglutiendum *buccellam.*

دَبْل Pestis, bubo pestilentialis. *Pl.* دُبُول Rivulus.

دِبْل *Pl.* دُبُول Calamitas; Exitium; Orbitas. *Dicitur quoque* دبل دابل *vel* دبل دبيل Permagna calamitas.

دَبْل Asellus.

دَبَلَة Vomica, apostema; Morbus in ventre.

دُبْلَة *Pl.* دُبَل, دُبُل *Id.*; *et* Buccella magna; Res quaevis buccellae formam habens; *et* Foramen securis; Morbus in ventre.

دَبَال Fimus, aut simile quid, quo foecundatur terra.

دَوْبَل Sus *vel* porcus *vel* nefrens, *et* Asellus; Lupus foedus; Vulpes.

دَبُول Orbata filio *mulier. Dicitur* دبلته الدبول Morte eum amisit mater; *et Subst.* Calamitas, infortunium.

دَبِيل *Pl.* دُبُل Abunde proveniens aliquo loco arbor غضا appellata; Folia arboris ارطى appellatae dispersa; Complanatus, aptatus *de terra.*

دُبَيْلَة Calamitas; Morbus in ventre. *Albucas. p.* 98.

مَدْبُول Concinnatus; Buccellae modo formatus.

دَبْن Caula gregis, mandra.

دُبْنَة *i. q.* دُبْلَة Buccella magna.

دَبَة Locus arenosus. لزم الدَّبَة Adhaesit institutve rectae rationi.

دُبَاه دُبَاه Euge, macte!

دَبَّه *n. a.* تَدْبِيه Incidit in locum multae arenae (دبه).

دَبَّ Incessus lentus. *Nom. gen., nom. unit.* دَبَاةٌ Locustae exiguae; Formicae; *unde* مال كالدبا Opes multae, et pecora copiosa.

دَبَا دُبَيِّين, دَبَا دُبَيّ Multae opes. دُبَيّ *et* دُبَيُّون *est nomen* Loci cuiusdam ampli; *inde* Locustae in hoc loco frequentes *appellantur* دبا دبي *et hoc in proverb. pro* multis opibus.

دَبَّى *n. a.* تَدْبِيَة Operatus fuit *c. a. r.* IV أَدْبَى Produxit quid simile locustis parvis *herba* عرفج *dicta.* (*ADjeuh. ita explicatur*: Quum nigrescere coepit, *dicitur* قمل, quum nigredo paulum augetur, *dicitur* ادبى, tum escae idoneum est. Quod si vero eius folia perfecta sunt, *dicitur* اخوص.)

مَدْبَى *Fem.* ة Parvis locustis abundans *vel* formicis *locus.*

مَدْبُو *F.* ة A locustis depastus *campus.*

مَدْبَى *F.* ة *Id.*

دَثَّ *n. a.* دَثّ 1) Pone vestes latens ex propinquo iaculatus est *praedam venator c. a.*; 2) Vehementer, ut inde dolor conciperetur, percussit *aliquem c. a. p.*; 3) Repulit *c. a. p.*; 4) دُثَّ *n. a.* دَثّ Complicationem et contortionem in corpore passus est. *Kam.*

دَثّ Lenis pluvia; Latus; Opinio ex coniectura. *Dicitur* هذا دث من خبر.

دَاثّ *Pl.* دُثَّاث Venator, qui funda iaculatur. (*Forma* دُثَّاث *tanquam pluralis in Kamuso Turcico adnotata est, in Calcuttensi legitur* دُثَّاث *tanquam singularis, quod minus rectum videtur.*)

دَثَاث Lenis pluvia.

دُثَّة Coryza levis.

دَثَرَ *n. a.* دُثُور 1) Folia protulit *arbor*; 2) Vetus fuit *vestigium domus etc.*; 3) Sordida fuit *vestis*; 4) Rubiginosus fuit *ensis*; 5) Obliteratus fuit; 6) Celeriter oblitus fuit. II *n. a.* تَدْثِير Nidum construxit *avis.* دُثِّرَ القتيل Lapides congesti sunt super occiso. V Totum se involvit *veste c.* ب *r.*; Conscendit *admissarius camelam c. a. p.*; Insiliit *in adversarium vir*, ut eo veheretur tanquam equo *c. a. p.* VI Obliteratum fuit *vestigium.* VII Obliteratus fuit. VIII اِدَّثَرَ Acquisivit multas opes (دثر).

دَثْر Multae *opes. Dicitur* اموال دَثْر, مالان دَثْر, مال دَثْر; *tum* Amurca, sordes.

دِثْر Bene curans, administrans *opes, pecora.*

دَاثِر Periens; Socors; Rubiginosus *gladius.*

دِثَار Externa vestis.

دَثُور Tardus; Vilior; Somno deditus vir.

أَدْثَر Socors, negligens.

مُتَدَثِّر Scortum (مابون).

دَثَطَ Fidit *ulcus*, ut pus prorumperet *c. a. r.*

دَثَعَ *n. a.* دَثْع Vehementer calcavit.

دَثْع Terra aequalis, plana.

دَثِيمَة Mus.

دَثَّنَ *n. a.* تَدْثِين 1) Volavit et celeriter decidit in locum propinquum; 2) Paravit nidum *in arbore avis c.* فى *l.*

دَثْنَة Parum aquae.

دَجَّ *F. i.* 1) *n. a.* دَجِيج دَجَجَان Leniter incessit; Serpsit. (*Ex Ibn-Alsicciti sententia hoc verbo non utuntur, nisi sint multi*); 2) *n. a.* دَجّ Stillavit (*pluvia, tentorium*),

proprie cum multae res sunt; 3) Mercaturam exercuit; 4) Laxavit velum. II *n. a.* تَدْجِيج Obnubilatum fuit coelum (*in Kamuso ed. Calc. haec significatio coniugationi quintae cum nomine actionis* تدجيج *tribuitur*, *sed non dubito*, *quin falsum hoc sit*, *nam in Kamuso Turcico est secunda coniugatio*); Texit tectusque fuit armis. V Indutus vel tectus fuit *armis c.* فى; *et absolute* Armis tectus fuit.

دَج Vox, qua convocantur gallinae.

دُجُج Gallinae; Tenebrae, caligo; Montes nigri.

دَاج *Pl.* دَاجَّة Leniter incedens; *item ceu Plur.* Defensores; Mercatores et iumentorum locatores. *Ut in hac traditione* هؤُلَآء الدَّاجُّ وليسوا بالحاجِّ.

دَجَاج *Coll.* (*et* دُجاج *ut* دِجاج *in usu est Domair.*; *sed cum Fatha optimus est enunciandi modus*) Genus gallinarum tam galli quam gallinae; Pullus matrem leniter sequens.

دُجَّة Tenebrae, caligo; *item seu* دُجَّة *potius* Clavus globulusve, quo adstringitur indusii tunicaeve sinus seu collare *Gol. ex Meid.*

دَجَاجَة Gallina (*sunt qui* دجاجة *nomen unitatis esse dicant*, *ut sit quoque* gallus unus); *tum quoque nomen sideris* Cycnus. *Ideler. Unters. p.* 74; *item* Familia, domestici; *item* Glomus.

دُجَاجَة Gallina; *et quoque* Gallus.

دَجَجَان *F.* ة Infans sugens, qui leniter incedit matrem sequens.

دَيْجُوج Tenebrosa *nox*.

دَجُوجَاة Per terram expansa *camela*.

دَيْدَجَان Camelus onerarius.

دَجَاجِى Vir, qui gallinis operam dat, easve vendit.

دَجُوجِى *F.* ة Valde tenebrosus *de nocte*; Valde nigra *camela*.

أَسْوَد دُجَاجِى Ater, valde niger.

مُدَجَّج Indutus tectusve armis; Echinus, *utpote spiculis armatus*.

دَجُوب Vas, loculus, *vel* Saccus magnus غرارة appellatus; *vel* Pera viatoria, quam mulier cibi aliarumque rerum causa secum ducit.

دَجْدَجَ Convocavit *gallinas*, *dicens* دَجْ دَجْ *c.* ب; Tenebrosa fuit *nox*. II Tenebrosa fuit (*nox*).

أَسْوَد دُجْدُج Valde niger, ater, piceus.

دَجْدَاج *Fem.* ة Tenebrosus, expansum super terra (*de mari*, *nocte*).

دَجِرَ *n. a.* دَجَر 1) Attonitus mente fuit; 2) Confusus in sermone fuit; 3) Ebrius fuit. III Aufugit.

دَجْر Phaseolus, *leguminis genus*; Lignum, super quo vomer alligatur.

دِجْر Phaseolus (*leguminis genus*).

دُجْر Phaseolus; Res in quam triticum coniicitur cum seritur, cuius in inferiore parte ferramentum est, quod triticum spargit.

دَجِر Attonitus; Confusus in sermone; Ebrius.

دُجُر Phaseolus.

دَجْرَان *Pl.* دَجْرَى, دَجَارَى Attonitus; Confusus in sermone; Ebrius.

دِجْرَان Ligna fixa ad efficiendam pergulam: *ut cum fulcita superne protenditur antrorsum vitis.*

دَيْجُور *Pl.* دَيَاجِير Terra, pulvis.

مُنْدَجِر Laxus *funis*.

دُجَّاس *Pl.* دَجَاجِيس Animalculum quoddam in terra absconditum. *Domair.*

دَجَلَ 1) Collevit, *praecipue* totum, pice (دجيل) *camelum c. a. quod contra scabiem fit*; 2) Mentitus fuit; 3) Combussit; 4) Coivit; 5) Peragravit omnes terrae tractus; 6) Tectum fuit *verum iustumve*, *et* Uno oculo ac supercilio fuit. *Gol. ex Mar.* II *n. a.* تَدْجِيل Obduxit oblevitque auro vel argento *rem*, ut aurum argentumve esse videretur *c. a.*

دَجَال Fimus.

دُجَّلٌ *Pl.* Viles (*homines*).

دُجْلَةُ Tigris fluvius.

دُجَيْلٌ Pix liquida. دُجَيْلٌ Ramus Tigridis fluvii.

دَجَّالٌ Exundans *fluvius Meid.*; Tegens ob abundantiam; Falsus; Impostor; Mendax; *hinc* المسيح الدجال Antichristus *Kam.*; *item* Uno tantum oculo atque supercilio praeditus *Gol. ex Mar.*; Aurum; Gladii fulgor *seu* undulata facies.

دُجَالَةٌ Pix liquida.

دَجَّالَةٌ Hominum magna caterva, *pec.* viatorum.

مُدَجَّلٌ Pice omnino oblitus *camelus*.

دَجَمَ *F. o. n. a.* دُجْمٌ Tenebrosus fuit, *vid.* دجن.

b) دَجِمَ *F. a. et* c) دَجُمَ Tristis fuit.

دَجْمٌ Genus, species (*rei*).

دَجْمَةٌ Verbum. ما سمعت له دجمة Ne verbum quidem ab eo audivi.

دَجْمَةٌ *Pl.* دُجَمٌ Amici, socii; Consuetudines.

دُجْمَةٌ *Pl.* دُجَمٌ Tenebrae. دُجَمُ العشق Tenebrae et vortices amoris (*si totus eum occupat et perdit*). *Inde dicitur* اخذته دجم العشق. (*Sunt, qui* دُجَم *Pluralem formae* دَجْمَة *esse dicant.*)

دَجَنَ *F. o.* 1) *n. a.* دُجُونٌ Constitit, consedit *loco c.* ب; 2) *n. a.* دُجُونٌ Cicur, mansueta, domo adsueta fuit *columba, ovis. Kam.*; 3) *n. a.* دَجْنٌ, دُجُونٌ Nubilosus, pluviosus fuit *dies.* III (*conf.* داهن) Simulate agens decepit *aliquem c. a. p.*; Illusit, contemtui habuit. IV Nubilosus, pluviosus fuit *dies*; Continua fuit *pluvia*, *febris*; Continuo pluit *coelum*; Nubilosum pluviosumve habuit aut subivit diem coelumve. XII ادْجَوْجَنَ Continuo pluit *coelum*; Nubilosus, pluviosus fuit *dies*.

دَجْنٌ *Pl.* دُجُونٌ, دِجَانٌ, أَدْجَانٌ Multa pluvia; Umbra nubis. *Dicitur* يومٌ دَجْنٌ *et* يومُ دَجْنٍ Dies nubilosus, pluviosus.

دُجُنٌ Nubilosum coelum; Multa pluvia; Tenebrae.

دَاجِنٌ (*et cum femininis componitur, sed sunt inter Arabes, qui* داجنة *dicant*) *Pl.* دَوَاجِنُ Cicur, familiare, domesticum *animal.*

دُجُنَّةٌ Pluvia continua coelum tegens *Kam.* (*ap. Djeuh.* داجنة, *quod rectius videtur*).

دُجْنَةٌ Nigredo maxima (*in camelis* nigredo foedissima).

دُجُونٌ Mansuetus, cicur, *et cum* ة Rigationi terrae adsueta *camela.*

دُجُونٌ Tenebrae.

دُجُنٌ *et* دُجُنَّةٌ *Pl.* دُجُنٌ *et* دُجُنَّاتٌ Obscuritas; Nubes operiens et nigra, in qua pluvia non est; *sec. aliorum sententiam* دُجُنَّةٌ *est* Obscuritas *et* دُجُنٌ Nigra nubes, *vel* دُجُنَّةٌ *est* Nigra nubes (*licitum est omittere signum Teschdidi*), *tum* دُجُنَةٌ *est* Quod nubibus nigris coelum obtectum est. *Dicitur* وقعنا في دجنة منذ ايام; *tum* يومٌ دُجُنَّةٌ Nubibus obductus et pluviosus dies, *et eodem modo dicitur* ليلةٌ دُجُنَةٌ *et* ليلةٌ دُجُنَّةٌ.

دَاجِنَةٌ Pluvia continua coelum tegens. سحابة داجنة Continuo pluens nubes. *Djeuh.*

دُجْنَى *et* دُجُنَّى (*et* دجناء *scribitur*) Terra ex qua a Deo creatus fuit Adamus (*vel potius* دحنى *scribenda est vox*).

دَجَّانَةٌ Supellectilem *vel* merces ferentes *cameli.*

دَيْدَجَانٌ *Id.*

أَدْجَنُ *Fem.* دَجْنَاءُ Maxime niger (*quae est foedissima nigredo in camelis*).

مِدْجَانٌ Tenebrosa *nox.*

سحابة مُدْجِنَةٌ Continuo pluens nubes (*et apud poëtas sine* سحابة).

مُدْجُونَةٌ Quae terrae rigandae adsuefacta est *camela.*

دَجَهَ *n. a.* تَدْجِيةٌ Dormivit in latibulo venatoris دجية appellato.

دَجَا *F. o. n. a.* دَجْوٌ, دُجُوٌّ 1) Tenebrosa fuit *nox. Kam. Dj.*

(*Ex Alazmaï sententia verba* دجا الليل *non sunt intelligenda de obscuritate noctis, sed de eo, quod omnia te-*

git, ut legendi significatio omnium primaria esse videatur); 2) Amplum et promissum fuit *vestimentum*; Non dispersa texit ob copiam una pars alteram *de caprae crinibus*; *Sic quoque dicunt* دجا الاسلام Obtinuit et occupavit terram Muhammedanismus; 3) Coivit. III *n. a.* مُداجاة Blanditus fuit in animo inimicitiam *contra aliquem* fovens *c. a. p.*; Impedivit, repulit mediam inter duritiem et laxitatem viam secutus *aliquem c. a. p.* (*hoc ex Abu-Amrui sententia.*) IV Tenebrosa fuit *nox.* V *Id.* XII ادْجَوْجَى *Id.*

دُجًا Obscuritas noctis. *Djeuh.*

دَاجٍ *Fem.* دَاجِيَة Tenebrosus (*de nocte*); *inde* 2) Profusum *beneficium* (*ab operiendo*); 3) Commoda, tranquilla vita. *Dicitur* انه لفى عيش داج Commoda ille fruitur vita.

دُجْة *Pl.* دُجًى *et* دُجاة Clavus *sive* orbiculus, qui in collare et manica vestis est (*Germ. Knopf*); Tres anteriores digiti, quibus prehensa buccella inest.

دَجْوَاء *Fem.* Multos longosque habens pilos *capra.*

دَيَاجِى *Nempe* دياجى الليل (*quasi Pluralis vocis* ديجاة) Tenebrae ac densae caligines noctis.

دُجْيَة Obscuritas. (*Haec et sequens vox in Kamuso ad radicem tertiae* ى *referuntur, conf. Harir. p. 534.*) *Plur.* دُجًى Latibulum *venatoris*, *apum*; Assumentum nigrum, quo tegitur extremitas arcus ad ornamentum. *Gol.*; Lorum duorum digitorum longitudinem habens, de quo suspenditur *arcus.*

دُجًى Obscura *nox.*

دَحّ *n. a.* دَحّ 1) Occuluit, recondit *sub terra rem c. a. et* فى *l.*; 2) Inivit *feminam c. a. p.*; 3) *i. q.* دَعّ Impulit trusitque in cervice. VII Extensa, dilatata, ampla fuit *res Kam.*, *venter Djeuh.*; Luxuriavit *pabulo terra c. a. r. Djeuh.*

دَحْ دَحْ *et* دَحٍ دَحٍ Vox, qua silentium imponitur ei, qui quid confessus fuit.

دَحًّا *Dicunt* دَحًّا مُحًّا *ut nonnulli contendunt pro* دَعْهَا مَعَهَا Relinque illam (*feminam*) cum illis (*rebus et opibus*).

دَحُوح Magna *tam de muliere quam de camela.*

دَحَبَ *F. a.* 1) *n. a.* دَحْب Repulit *c. a. p.*; 2) *n. a.* دَحْب, دِحاب Subegit *puellam c. a. p. Kam. Djeuh.*

دَحّاب Repellens; Subigens *feminam. Djeuh.*

دُحْبَة Magnus grex ovium et caprarum *Kam.*

دَحَبَا *F.* يَدْحَبُ *n. a.* دَحْبَاة Subegit *puellam c. a. p. Kam.*

دَحْث Elegans et disertus in narrando. *Kam.*

دَحَجَ *F. a. n. a.* دَحْج Protraxit per terram *rem c. a. r. Kam.*; 2) Subegit *puellam c. a. p. Kam. Quas autem Golius in coniugatione quinta affert ex Mar. significationes, errore scribendi eae ortae esse videntur, una enim vox pro* تدحّج*, altera a verbo* دجّ *ducenda est.*

دُحْجاب *et* دُحْجُبان Prominentior pars terrae, *ut ea pars quae* حزة *appellatur. Kam.*

دَحْدَح *et* دَحْدَحَة, دَحْداح *et* دَحْداحَة, دُحادِح, دُحَيْدِحَة Brevis, parvus.

دَحَنْدَح Nomen animalculi; Nomen ludi, in quo convenientes pueri modo constituto enunciant voces دحندح دحندح, et qui in his enunciandis peccaverit, in uno pede stans septem vicibus incedere cogitur.

دَحْدَرَ Volvit. II Volutus est. *Kam.*

دَحَرَ *F. a. n. a.* دَحْر, دُحُور Propulit, repulit, abegit, removit *c. a. Kam.*, *Djeuh. Inde dictum est* اللهم ادحر عنا الشيطان.

داحِر *et*

دَحُور Propellens, abigens, reiiciens, reprobans. *Kam.*, *Djeuh.*

مَدْحَرَة Propulsatio, abactio. *Harir.*

دَحْرَجَ *n. a.* دِحْراج *et* دَحْرَجَة Volutavit, *et quidem* ex loco superiore in inferiorem cum quadam celeritate *c. a.* II Volutus est; Se volutavit *Kam.*, *Djeuh.*

دُحْرُج Animalculi cuiusdam nomen *Domair*, (*de enunciandi modo dubito.*)

دُحْرُوجَة ، دُحْرُوجَة *Pl.* دَحَارِج Fimus, seu pilula ex eo, quem volvit scarabaeus. *Kam.*, *Djeuh.*

مُدَحْرَج Rotundus, teres. *Kam.*, *Djeuh.*

دحز *n. a.* دَحْز Coivit *cum aliqua c. a. p. conf.* دعز. (*Quod in editione Kamusi Calc.* دخز *legitur*, *vitium est.*)

دَحْز Durus, vehemens *de viro. Kam.*

دحس *F. a. n. a.* دَحْس 1) Excitavit discordiam, simultatem *inter homines c.* بين *Kam. Dj.*; 2) Manus immisit inter pellem et peritonaeum ovis excoriandi ergo *Kam. Dj.*; 3) Celavit *rem*, *nuntium ab aliquo c.* عن *p. et c. a. r. Kam.*; 4) Furtim, ut, unde veniret, nesciretur, immisit *malum c.* ب *r. Kam.*; 5) Scrutatus fuit rem submota *pede* terra *c.* ب *pedis* (*conf.* دحص) *Kam.*; 6) Replevit *rem c. a. Kam.*; 7) Frumento repleta fuit *spica Kam.*; 8) Petivit invitus. IV Frumento repleta fuit (*spica*). *Kam.*

دَحْس Seges, quum granis repleta est *Kam.*

دَاحِس Nomen equi, qui Kaiso filio Sohari erat. Erat causa belli gesti inter gentem Abbs et Dsobjam per quadraginta annos, *unde dicitur* حربُ داحس. *Inde Prov.* أَشْأَمُ من داحس. Paronychia, ulcus proveniens inter unguem et carnem, quo ille exstirpari solet. *Kam. Djeuh.*

دَحَّاس Incolis plena *domus.*

دُحَّاس دُحَاس *Pl.* دَحَاحِيس *et* دُحَاسَات (*Tochf. Ichw. Alzaf. p.* 165) Nomen insecti flavi, quo decipulae imposito passeres capere solent pueri. *Kam. Djeuh.*

دَبْجَس Multa, copiosa *res* (*generaliter*). *Kam.*

دَاحُوس Paronychia, ulcus proveniens inter unguem et carnem, quo ille exstirpari solet. *Kam.*

مَدْحُوس *F.* ة Incolis referta *domus*; Paronychiâ laborans *digitus. Kam.*

دُحْسُمَانِيّ ، دُحْسُمَان ، دُحْسُم Pinguis et robusto corpore praeditus *homo* (*conf.* دحسمان).

دُحْسُمَان Confusus, turbans rem. *Dicitur* انه لدحسمان الامر Ille rem perturbat.

دحش Immisit (*Bergius ad Golium, sed rectius videtur* دحس).

دحص *F. a. n. a.* دَحْص (*conf.* دحص) Commovit multum *pedes*, et terram iis vertit *mactatum animal c.* ب *pedis. Kam.* (*In Djeuharii codice, quo usus sum, scriptum legi* دخص, *quod pro errore habendum.*)

مَدْحَص Nidus avis Kathae in terra. *Kam.*

دحض *F. a. n. a.* دَحْض (*conf.* دحص) 1) *Pede* remota terra quaesivit *c.* ب *pedis*; *inde* 2) Inquisivit *in rem c.* عن *r.*; 3) Cessavit esse *sol in medio coelo c.* عن *l. Kam. Dj.*; 4) Elapsus fuit in lubrico *pes Kam. Dj.*; 5) *n. a.* دُحُوض Haud firma et proba fuit *argumentatio Kam. Dj.* II Scrutatus fuit. IV Refellit et redarguit *argumentationem c. a. r. Kam. Djeuh.*; *et inde* Damnavit *c. a. p.*; Fecit, ut laberetur *seu* caespitaret *c. a. Djeuh.*; Quae ceciderat, evertit *sortem. Gol ex Mar.* VII Reiectus est; Exolevit.

دَحْض *et* دَحَض *Pl.* دِحَاض Lubricus *locus*, ubi pes labitur. *Kam. Djeuh.*

دَحُوض *Id. Kam.*

مَدْحَض Locus lubricus. *Diw. Huds.*

مَدْحَضَة *Id. Kam.*

دحق *F. a.* 1) Propulit, removit *aliquem c. a. p.*; 2) Non curavit, reprobavit *c. a. Kam. Djeuh.*; 3) Reiecit et non admisit *uterus semen c.* ب *r. Kam. Djeuh.*; 4) Enixa fuit *foetum mater c.* ب. *Djeuh.*; 5) Nimis brevis attingere non potuit *rem manus c.* عن *r.* IV Repulit, abegit *c. a.*; Reprobavit *aliquem Deus c. a. p.* VII Procidit exciditve *matrix camelae* post partum. *Djeuh.*

دَحْق Procidentia matricis post partum (*in camela*).

دَاحِق Procidentia uteri a partu affecta *camela. Plur.* داحقون Iratus; Fatuus. *At Plur.* دَوَاحِق Dactylus flavus crassus.

دِحَاق Procidentia matricis post partum *in camela. Kam. Djeuh.*

دَحُوق Procidentia uteri a partu affecta *camela*; Fulgentibus oculis praeditus *homo.*

دَحِيق Propulsus, remotus *Kam. Djeuh.*; Inflatus et laesus *oculus.* (*In Kamusi editione Calc. legitur* عين دحيق شبه المطروقة, *sed non dubito, quin legendum sit* شبه الطروقة *vel melius etiam* شبيه بالمطروقة.)

دَحْقَبَ Vehementi impulsu trusit a tergo *c. a. p.* *Kam.*

دَحْقَلَ *n. a.* دَحْقَلَةٌ Intumuit *venter.* *Kam.*

دُحْقُومٌ (*conf.* دُمحوق) Magna corporis statura praeditus. *Kam.*

دَحَلَ *F. a.* 1) In lateribus *putei* fodit, et excavavit locum *c. a. putei Kam.*; 2) Locum دَحْل appellatum ingressus fuit. *Kam. Djeuh.*; 3) Intravit in angulum tentorii ibique in obscuro fuit; 4) Recessit, fugit, abdidit se et timuit *ab aliquo c.* عن *p.*; 5) *n. a.* دَحَال Impeditus fuit *ab aliqua re c.* عن *r.* b) دَحِلَ 1) Latuit, abscondit se; 2) Opulens, seu dives pecoribus fuit; *et contra* 3) Adversam passus fuit fortunam; *inde* Perculsus, attonitus fuit. *Diw. Huds.*; 4) Astutus, deceptor fuit; 5) In vendendo et emendo multum adversans rei pretium aut deminuit aut auxit alicui, ut desiderio potiretur; 6) Pumilio et propendulo ventre fuit. III Dolose et cum astutia tractavit *aliquem c. a. p.*; Decipere studuit *aliquem c. a. p.*; In vendendo et emendo multum adversans rei pretium aut deminuit aut auxit alicui, ut desiderio potiretur *c. a. p.*; Celata re quam novit aliam narravit *alicui c. a. p.* IV Locum دَحْل appellatum ingressus fuit.

دَحْلٌ *et* دُحْلٌ *Pl.* أَدْحَالٌ, أَدْحُلٌ, دِحَالٌ, دُحُولٌ, دُحْلَانٌ, دَحْلَانٌ Foramen in terra superne angustum, inferne patens, ut quis incedere ibi possit: *ibi nonnunquam frutex* سدر *germinat*; *aliis autem est* Locus sub ripa fluctibus exesa, quo introire potes, *vel* In inferiore putei latere ita constitutus locus, *vel* In Arabum tentoriis in latere ita paratus locus quo, intrante viro, mulier se recipit; Opus constructum colligendae aquae ergo. *Kam.*

دَحِلٌ Laxus, ventrosus (*vir*); Opibus abundans; Vir astutus et deceptor; *item* Is qui in vendendo et emendo pretium rei aut deminuit aut auget multum adversans, ut desiderio potiatur; Pumilio pinguis laxo ventre praeditus, *conf.* دحن.

دَحْلَةٌ Puteus.

دَحُولٌ Effossus, excavatus sed non modo aequali; Puteus, qui effossus, sub interiore ipsius parte aquam habet, tum iterum effossus, ut aqua eliceretur; Puteus amplis lateribus praeditus; Camela a camelis aliis in latus recedens; Dolosus, impostor; Improbus, perfidus; Adulator.

دَحْلَاءُ Puteus angusto ore praeditus.

دَاحُولٌ *Pers.* دَاهُول *Pl.* دَوَاحِيلُ Ligna formam hastarum referentia, quae defigit venator ad cogendos capiendosque asinos. *Kam.*

دُحْلُصٌ *et* دُحَالِصٌ Splendens, fulgens. *Gol. ex Mar.* (*sed nescio an non rectus sit scribendi modus, confer enim* دلامص *et* دلاص.)

دَحْلَطَ Confuse locutus fuit. *Kam.*

دَحْلَمَ *n. a.* دَحْلَمَةٌ Proiecit e monte in locum profundum *vel* proiecit in puteum *rem c. a. r.*

دَحَمَ *F. a. n. a.* دَحْمٌ Valide trusit *aliquem c. a. p.* *Kam. Djeuh.*; 2) Subegit *mulierem c. a. p.*, *hoc* cum vehementia. *Kam.*

دَحْمٌ Radix. *Kam.*

دَاحُومٌ Rete, quo capitur vulpes. *Kam.*

دَحْمَرَ Implevit *utrem c. a.* *Kam.*

دُحْمُورٌ Nomen insecti parvi. *Kam.*

أَدْحَمُسُ *Fem.* ة Niger *de omni re*; Fuscus, crassus, pinguis *vir*; *F.* ة Obscurus. لَيْلَةٌ دَحْمَسَةٌ Nox obscura. Uter, in quo acetum reconditur. *Kam.*

دَحْمَسٌ Niger *de omni re.* لَيْلٌ دَحْمَسٌ Nox tenebrosa. *Kam.*

دُحْمُسٌ *Id.* *Kam.*

دَحَامِسُ Noctes obscurae et illunes, *pec.* Ternae novilunio utrinque proximae (*quae et* حنادس *appellantur*). *Kam.*

دُحَامِسٌ Fuscus, crassus pinguisque *vir*; Strenuus, fortis. *Kam.*

دُحْمُسَانٌ Stultus. *Kam.*; Fuscus; Crassus, pinguisque *vir* (*conf.* دحسمان) *Kam. Djeuh.*

دُحْمُسَانِيٌّ Fuscus, crassus, pinguis *vir.* *Kam.*

دُحْمُوقٌ Magno ventre *vel* corporis statura praeditus. *Kam.*

دَحْمَلَ Per terram volvit *c.* ب; Prostratos, ut pedibus conculcarentur, reliquit *homines c. a. p.* *Kam.*

دَحَامِلٌ Crassus, compactus. *Kam.*

دُحْمُلَةٌ Macra ac laxa cute praedita; *et contra* Crassa ac plena carne. *Kam.*

دَحِنَ *F. a.* Magno ventre, sed brevi statura praeditus fuit. *Kam. Djeuh.*

دَحِنٌ Pumilio ventrosus; Dolosus, improbus (*conf.* دَحِلٌ) *Kam. Djeuh.*

دِحَنَّةٌ *et* دُحَنَّةٌ Pumilio ventrosus.

دَحَنَّةٌ Eminentior terrae pars.

دِحْوَنَّةٌ Pumilio ventrosus. *Kam. Djeuh.*

دَحَانِسُ Noctes obscurae et illunes *pec.* ternae novilunio utrinque proximae *Kam. conf.* دحامس.

دَحَا *F. a. o. n. a.* دَحْوٌ 1) Expandit *terram Deus c. a. r. Kam. Djeuh.*; 2) Subegit, inivit *feminam vir c. a. p.*; 3) Impulit, trusit; 4) Proiecit; Disiecit: *ut pluvia glaream*; 5) Iecit, attigit *scopum puer c. a. r. Djeuh. Dicitur* nucibus ludenti ابعد المدى وادحه; 6) Magnus ac propendulus fuit *venter*; 7) Praetergressus est *equus* et anterioribus pedibus non multum sublatis a terra incessit *Djeuh.* V Expansus fuit. *Kam.*

أُدْحِيٌّ *et* إِدْحِيٌّ Locus, ubi struthiocamelus in arenis ova ponit, pullosque fovet, *quod pedibus eum locum expandit sibi, neque eum nidum struit. Kam. Djeuh.*

أُدْحُوَّةٌ, أُدْحِيَّةٌ *Id. Kam. Djeuh.*

مَدْحًى *Id. Kam. Djeuh.*

اِنْدَحَى Expansus fuit. *Inde* مُدْحُو.

دَحَا *F. a. Pr.* دَحَيْتُ *n. a.* دَحْيٌ *i. q.* دَحَا 1) Expandit *c. a. r.*; 2) Impulit *camelos c. a. Kam.* IV Expandit *rem c. a. r. Kam.*

دَحْيَةٌ Simia femina. *Kam.*

دِحْيَةٌ *Pl.* دِحَاءٌ Caput; Tribunus *Kam., idiomate Ieman.*; *pecul.* Dux *seu* praefectus exercitus. *Glos.*

أُدْحِيٌّ *et quoque* إِدْحِيٌّ *Pl.* أَدَاحِيُّ Nomen mansionis Lunae. *Kam.*

مِدْحَاةٌ Res tabulis ligneis composita, qua infans pedibus incedere incipiens impellitur. Ea autem res obvia quaeque secum aufert. *Kam.*; Res rotunda plumbo confecta, qua iaculando inter se certant. *Diw. Huds.*

دخ (*de vocalibus dubito*) Avis parva aquatica magnitudine columbae silvestris. In littore Alexandrino abundans, iucundus incolis cibus est. *Domair.*

دَخٌّ *et quoque* دُخٌّ Fumus. *Kam. Djeuh.*

دَخْدَخَ Nigrum et turbidum esse. *Kam.*

دَخْبَشٌ Magno ventre praeditus *vir. Kam.*

دُخَابِشٌ *Id. Kam.*

دَخْدَبَةٌ *et* دَخْدَبَةٌ Quae compacta est carne praedita *puella. Kam.*

دَخْدَخَ 1) Subegit humilemque reddidit. *Kam. Djeuh.*; 2) Cohibuit, prohibuit, avertit. *Kam. Dicitur* دَخْدِخْ عَنِّى الدُّخَانَ *Kam.*; 3) Propinquis passibus incessit; 4) Celeriter incessit. *Kam.*; 5) Fatigatus fuit. *Kam. Dicitur* دخدخ البعير; 6) Genua flexit in terram camelus, quoniam fatigatus erat. *Kam. Turc.* II In se contractus fuit. *Kam.*

دُخْدُخٌ Vox, qua silentium imponitur, *inprimis* cum contumelia. *Kam.*; Pumilio *Kam.*

دُخَادِخٌ Pumilio. *Kam.*

دَخْدَاخٌ Nomen insecti parvi. *Kam.*

دُخْدُوخٌ Vox, qua silentium cum contumelia imponitur homini. *Kam.*

دَخْدَرَ Auro obduxit *inaurem c. a. Kam. In versu Alcumaiti legitur.*

دَخْدَارٌ *a Pers.* تخت دار Pannus albus, *vel etiam* niger *Kam., qui throno regis Persici quondam insterni solebat, inprimis Darii, unde* Daricus *dici posset*; Aurum. *Kam.*

دَخَرَ *et* دَخِرَ *F. a. n. a.* دُخْرٌ *et* دُخُورٌ Parvus vilisque fuit. *Kam., et pro* دَخِرَ *male.* IV Vilem reddidit *c. a. p. Kam.* VIII *Pass., et* Contemnendus fuit.

دَاخِرٌ Parvus, vilis. *Djeuh.*

دَخِيرَةٌ *Pl.* دَخَايِرُ Thesaurus (*conf.* ذَخِرَ).

دَخْرَصَ Distinctam et claram reddidit *rem obscuram c. a. r.*

دِخْرِصٌ Qui penetrat *rem* novitque *c.* فى *r.*, *et singul. vocis* دخاريص.

دِخْرِصَةٌ *singul. vocis* دخاريص.

دِخْرِيصٌ *Pl.* دَخَارِيصُ *pro* تِخْرِيصٌ *i. q.* بَنِيقَةٌ. *Grammatici vero quum et in vertenda et explicanda hac voce non consentiant, addere placet locum, qui in codice Lugdun. Nr.* 124 *occurrit. Haec sunt verba* الليث الدخريص من الارض والثوب والدرع والتخريص لغة فيه عمرو عن ابيه واحد الدخاريص دِخْرِص ودخرصة وقال غير واحد من اللغويين الدخريص اصله فارسى وعند العرب البنيقة واللبنة وقد تكلمت به العرب .... قال الاصمعى والدخرصة ايضا عُنْبُق من البحر والجمع دخاريص ويقال خَريص من البحر ايضا „Grammaticus Allaits haec profert: Esse vocem دخريص in usu de terra, vestibus et lorica et vocem تخريص alium eius enunciandi modum esse. Amru vero patris sui auctoritatem sequens singularem vocis دخاريص esse دِخْرِص et دخرصة dicit. Sunt quoque plures ex lexicographis, qui contendant, hanc vocem origine esse Persicam, ita tamen, ut eam et Arabes significatione vocum بنيقة et لبنة adadhibuerint. Dixit vero Alazmaï, vocem دخرصة et significare idem ac عنبق من البحر, pluralem esse دخاريص. De mari quoque حريص adhibetur."

دَخَسَ *n. a.* دَخْس In terram immisit (*ut ollae sustentaculum in arenam Kam.*) *c. a. r.* b) دَخِسَ Tumore in ungulae superiore margine laboravit *iumentum. Kam. Djeuh.* IV Imposuit *seu* immersit in cinerem.

دَخْسٌ Vir carne compacta praeditus et succi plenus. *Kam.*; Ursus iuvencus. *Kam.*

دَخَسٌ Morbus, qui ad ungulam iumenti suboriri solet. *Kam.*

دُخَسٌ *i. q.* دُخَّسٌ Delphinus (*esse videntur, qui scribant* دُخْسٌ) *Kam. Conf. Bochart. Hieroz. I*, 47. *Niebuhr Arab. p.* 178.

دِخَاسٌ Multus *de numero. Kam.*; Propinquis annulis contextus *de lorica. Kam.*

دَيْخَسٌ Herbae perplexae, densae, *Kam.*

دَخِيسٌ Articulus tarsi et metatarsi (وظيف) in ungula praedito iumento *Kam.*; Ossiculum in interiore ungulae parte *Kam.*; Caro in vola manus *Kam.*; Caro compacta et multa *Kam.*; Pinguis, obesa quaevis res; Numerus magnus. *Kam.*; Multi tumuli arenacei. *Kam.*; Multa supellex. *Kam.*; Herbae densae, perplexae. *Kam.*; Lac ovium cui immulgetur caprarum lac.

دَوَاخِسُ Chytropi, ollarum pedes.

دَخَشَ Carnosus fuit; *unde*

دَخْشَمٌ *et* دُخْشُمٌ Crassus, corpulentus.

دَخْشَنٌ Gibbosi conditio; Vir crassus. *Kam.*

دَخَصَ *F. a. n. a.* دُخُوصٌ Adipe plena fuit *puella. Kam.*

دَخُوصٌ Pinguis *puella Kam.*

مُدَخَّصَةٌ *Id.*

دَخَضَ *F. a. n. a.* دَخْضٌ Excrevit stercus.

دَخْضٌ Merda ferarum et puerorum. *Kam.*

دَخَلَ *F. o. n. a.* دُخُول, مَدْخَل 1) Intravit *domum c. a. vel c.* الى *Kam. Djeuh.*; Intravit *per portam c.* من *et* دخل بينه وبين Immiscuit se rebus *alicuius*; *Gramm.* Praefixit *Djarum. p.* 7; *inde* Introduxit *c.* ب *p.*, *et* Comprehenditur *aliqua re c.* فى *r.*; Ingressus fuit subito *ad alium c.* على *p.*; Incidit *in eum nox*; *tum quoque* Immisit se *aliis*: *pecul.* advena *c.* ب, *vel c.* فى; Familiaris fuit; *denique* Coitum exercuit *cum aliqua*, in matrimonium duxit *aliquam c.* على *p. et c.* ب *p.*; 2) Provenit, rediit, *ex arte aut aliunde*, *lucrum*; 3) Corrupit, vitio affecit: *etiam* dedecore; 4) Dolo decepit, perfide egit; 5) Macrum ac mente captum reddidit; 6) دَخِلَ *n. a.* دَخْلٌ Corruptione ac vitio, *pecul.* intrinsecus, laboravit *mens, corporis interior pars, res. Kam. Dj.* b) دَخِلَ *n. a.* دَخَلٌ *Id.* II Ingredi fecit, immisit, introduxit *c. a.* III Interior ac intimus fuit; Adiit subivitque, intravit *c. a. r. negotium.* Cepit, incessivitve *eum falsa persuasio c. a.*; Ursit *aliquem*, ut patefaceret *rem c. a. p.* IV *n. a.* اِدْخَال *et* مُدْخَل Introduxit, induxit, intulit, immisit. *Non bene dicitur a quibusdam* أُدْخِلَ باللص السجن „Fur in carcerem immissus est." *De Sacy Anth. Gr. p.* 28 *t. Ar.*;

Intrare sivit *c. a.* ادخلت الخف في رجلي Pedi ocream indui. ادخلت القلنسوة في راسي Pileum capiti indui. V Ingressus fuit sensim et pedetentim *Dj.*; Admissus fuit, adactus*que* ad ingressum *c.* في. VI In se invicem ingressi immissive fuerunt, penetrarunt se invicem; Subiit *me, pec.* sensim, *de ea re aliquid c.a.p. et* من *r.*; Inest unus numerus in altero maiore sine excessu, *ut tres et novem*; VII Ingressus fuit (*poetis usitatum*; *sed imitatione non dignum*). *Djeuh.* VIII ادّخل Ingressus fuit. X Voluit intrare aut ingerere se.

دَخْل Reditus, acceptum. *Kam. Djeuh. Dicitur* دخله لا يفي بخرجه; *item* Vitium interius. *Kam.*; Dubium, suspicio. *Kam. Djeuh.*; Consilium, mens *hominis*; Agendi ratio.

دِخْل Consilium, mens *hominis*; Agendi ratio.

دَخَل Vitium *Kam. Dj.*; Corruptio tam in mente, quam in corpore. *Kam.*; Suspicio. *Kam.*; Morbus. *Kam.*; Certa quaedam eius species; Vitium in genere et stirpe *hominis. Kam. Dicitur* في دخله عيب. Quod aliquis aliis accensetur, e quorum genere non est. *In uno et pluribus adhibetur, dicunt enim* هو دخل لهم *et* هم. *Kam.*; Fraus, perfidia; Dolus. *Kam. Dj.* هذا من دخل فلان Hoc perfidiae et dolo cuiusdam tribuendum; Dedecus; *Coll.* Arbor implexa ramis sibi invicem immissis. *Kam. Dicitur* في ارضه دخل; Plumae immissae inter alias.

دَاخِل Internus, interior, talisque rei pars. *Operae pretium videtur adscribere huius vocis explicationem, qualis in libro* تعريفات *inscripto reperitur* الداخل باعتبار كونه جزءا يسمى ركنا وباعتبار كونه بحيث ينتهي اليه التحليل يسمى اسطقسّا وباعتبار كونه قابلا للصورة المعينة يسمى مادة وهيولي وباعتبار كون المركب ماخوذا منه يسمى اصلا وباعتبار كونه محلا للصورة المعينة بالفعل يسمى موضوعا. *Dicitur* داخل السر Conscius arcani. داخل الحب Sincerus amor. في داخل Intus. الى داخل Intro. من داخل Intrinsecus, intus.

دِخَال Mens, consilium; Agendi ratio; Quod aliquis cogit ad aquam camelum, qui iam inter duos alios, qui non potarunt, potavit, dubitans, num antea potarit. *Kam.*; Quod camelus infirmus vel aegrotus accedit ad aquam cum bibentibus, tum se agmini revertentium immiscet, ut tribus vicibus bibat. *Diw. Huds.*; Locus articulorum in corpore, qui uno in alterum immisso, firmus est. *Kam.*; Crines penduli in fronte equi. *Kam.*; *i. q.* دِخْلَة.

دُخَال Crines penduli in fronte equi. *Kam.*

دَخِّل 1) Crasso compactoque corpore praeditus; 2) ما دَخِّل العَصَب من الخصايل; 3) Plumae immissae inter alias et ظهران بطنان plumas longiores ac breviores; 4) *i. q.* دَخْلَة; 5) *Pl.* دَخَاخِيل Nomen avis parvae cinerei coloris, *aliter* تُمَّر *vel* ابن تمّرة *appellatae. Diw. Djerir.*; Mens, consilium *hominis*; Agendi ratio.

دِخْلَل Intimus, familiaris, sincerus amore. *Kam.*

دُخْلُل Caro in interiore ventris parte; *et* Caro, cuius una pars in alteram immissa est. *Kam.*

دُخْلُل Puritas animi; Amicitia; Interior, abdita pars rei negotiive; Institutum, ratio, quam quis sequitur; Nomen avis pulverulenti coloris. *Kam.*

دُخْلُل Intimus, familiaris, sincerus amore. *Kam. Djeuh.*; *tum contra* Is, qui se iis immiscet, ex quorum numero non est (كتاب الاضداد *cod. Lugd.*); Nomen avis pulverulenti coloris. *Kam.*

دَخِيل *Pl.* دُخَلَاء Interior, internus, intimus, proprius, familiaris, arcani conscius. *Kam. Dj.*; Mens, consilium *hominis*; Agendi ratio. *Kam.*; Homo, qui inter alios recipit se *ac* vivit; Ex eorum habitus numero seu ordine, quamvis revera non sit. *Dicitur* هو دخيل فيهم Peregrinus *seu* alienus est inter eos; *ita* Peregrina *vox* in usum admissa in lingua Arabica; Locus articulorum in corpore, qui, uno in alterum immisso, firmus est. *Kam.*; Qui in pratum non emissus in stabulo suo nutritur pabulo. *Kam. Denique in re metrica* Littera inter حرف الرويّ et الف التاسيس media. *Kam.*

دَخْلَة Alveare apium.

دَخْلَة *et* دُخْلَة Interior et abdita pars rei negotiive: *pecul.* animi, *i. e.* intentio; Mens; Institutum et ratio, quam quis sequitur. *Kam.*; *hinc* هو حسن الدخلة Bona est eius agendi ratio. *Prov. est locutio* فرشته دخلة امري Abditum rei meae statum ei patefeci.

دُخْلَة Colorum plurium in colore uno permixtio.

دَاخِلَة *Pl.* دَوَاخِل Interior et adspectui non exposita pars terrae; Interior pars *negotii. Kam. Dj.*; Interior *zonae* pars, quae respicit corpus et lateri dextero contigua est. *Kam. Dj.*; *i. q.* دُخْلَة. *Tum quoque, ut videtur,* Aes

alienum nummo argenteo admixtum, quo pretium deminuitur, *ut in hoc Kamusi loco* والدراهم قبلها على ما فيها من الداخلة.

دُخْلَة Caro quaevis in unum compacta. *Kam.*

دَخِيلَة, دُخَيْلَاءُ, دُخَيْلَى Ratio agendi *hominis*; Mens, consilium *hominis*. *Kam.*

دَوْخَلَة *et* دَوْخَلَّة Fiscella loculusve, qui superne constringitur, ex foliis palmae contextus, reponendis dactylis inserviens. *Kam. Dj.*

دَخِيلِي Dorcas privigna. *Kam.*

دُخَيْلِيَاءُ Lusus quidam. *Kam.*

أَدْخَل Interior, magis penetrans, familiarior. *Gol.*

مَدْخَل Institutum, ratio vivendi. *Kam.*; Locus *ac* tempus ingressus. *Dj.*: *pec.* Vestibulum, porta. *Gol.*

مِدْخَل Clavis. *Gol. ex Ibn-Sina.*

مُدْخَل Introductus, intromissus. *Dj.*; Isagoge in artem; Introductionis *vel* immissionis locus. *Dj.*

حَصَب مُدَاخِل Collis oblongus eminens super locum الرَّيَّان appellatum. *Kam.*

مُدَّخَل Latibulum.

مُدَخَّل Immissus; Spurius, illegitimus; Illaudatus *homo* vilisque.

مَدْخُول *Fem.* ة Ingressus; Immissus; Reditus, *sc.* lucrum; *item* Macer, emaciatus. *Kam. Dj.*; Mente vel corpore corrupto laborans. *Kam. Dj.*; Intus corrupta seu computrescens *palma*. *Kam.*

مُتَدَخِّل Qui operam dat, ut res penetret. *Kam.*

رَزَمَ *F. i. et o. n. a.* رُزَام , رُزُوم 1) Ita emaciatus fuit ut terrae adhaerens surgere non posset *camelus. Kam. Dj.*; *item* 2) Mortuus est. *Kam.*; 3) Cepit, accepit *rem c.* ب *r. Kam.*; 4) Genuit *aliquem mater c.* ب *p. Kam.*; 5) Superavit, vicit *adversarium* et supra eum in genua procubuit *c.* على *p. Kam.*; 6) *F. o. i. n. a.* رَزْم Convolutam *rem* in unum pannum involvit *c. a. r. Kam.*; 7) *n. a.* رَزْم Murmuravit *camela, tonitru. Gol. ex Mar.*; Strepuit *exercitus. Reisk.*; 8) *n. a.* رَزْمَة Frigidus fuit (*hiems*). *Kam.* II *n. a.* تَرْزِيم Semet in terram proiiciens inde non prodiit. *Kam.*; Collegit et congessit in sarcinam *vestes c. a. r. Kam. Dj.* III *n. a.* مُرَازَمَة Coniunxit *duas res c.* بين *r. Kam.*; Vices peregit in cibis non eodem semper cibo utens, ut uno die carnem, altero mel, tertio lac et sic porro ederet et inter edendum Deo gratias agens eumque laudans; *vel* Edit mollem et aridum, dulce et acidum, cibum sine obsonio et cibum cum obsonio. *Ita explicanda sunt verba Ohmari* اذا اكلتم فرازموا. *Kam. Dj.*; In duobus pratis modo in uno, modo in altero, pavit (*camelus*). *Dj.*; Diu permansit *in domo c. a. r. Kam.* رازم السوق In foro non tantum emit ut sarcinae plenae essent. *Kam.* IV *n. a.* إِرْزَام Vehementer sonuit *vel* non vehementer sonuit *tonitru. Kam. Djeuh., et de olla bulliente*; Amore erga pullum suum affecta sonum edidit *camela* (*conf.* رزمة). *Prov. est locutio* لا افعله ما ارزمت ام حايل. *Kam. Dj.*; In ventre sonuit *ventus Kam.* XI *n. a.* ارزيمام Iratus fuit. *Abu-Said.*

رزم Loco firmus et stans super terra. *Kam. Djeuh.*; Leo (*proprie* Praedae incumbens et rugiens). *Kam.*

رازم *Pl.* رزم Ita emaciatus ut terrae adhaerens neque surgere nec se movere posset *camela. Kam.*

رزام *Pl.* رزام Atrox, contumax et difficilis *vir. Kam.*

رزام Praedae incidens et rugiens *leo. Hamas.*

رزيم Rugitus *leonis. Gol. ex Dj.*

رزمة Percussio vehemens. *Kam.*

رزمة *Pl.* رزم, رزم Vestes in unum colligatae convolutaeque; Sarcina vestium. *Kam.*; Percussio vehemens. *Kam.* أكل الرزمة *idem est quod* اكل الوجبة.

رزمة Sonus quem camelus pullum amans edit e gutture dum os non aperit. *Proverb. est locutio* لا خير في رزمة لا درة فيها *in eo adhibetur, qui promittit, sed promissis non stat. Kam. Dj.*; Ferarum voces. *Dj.*

الرزّام Rugiens *epitheton leonis. Diw. Huds.*

الرزامية Nomen sectae eorum, qui contendunt Imami principatum post Ahlium esse Mohammedi ben-Alhanefijjah et post hunc eius filio Ahbd-Allah simulque res defensas habent licitas. *Tarifat.*

مرزم Praeda. *Diw. Huds.*

مرزم Nomen trium stellarum, quarum una in humero dextro Orionis. *Gol. ex Kasw.*, secunda in pede posteriore dextro canis maioris: tertia in canis minoris collo. *Gol. ex Olugb.. harum quaelibet isto nomine dicitur: et* duae postremae *in Dual.* المرزمان. *Kam. Dj. conf. Ideler. Untersuch. p.* 212, 223, 247. *Inde* ام المرزم Boreas ventus; *aliis general.* Ventus. *Kam. Dj.* مرزم السماك Una ex mansionibus lunae pluviosa. *Reisk.*

مرزم Loco firmus et stans super terra. *Kam.*; Leo. *Kam.*

مرزم In terram procumbens et se non movens *exercitus*; *aliis* Sonos diversos edens. *Diw. Huds.*

مرزامة Alacris et cito et amplo passu incedens (*camela*). *Kam.*

مرتزم Locus, quem quis tangere et cui adhaerere coactus est. *Dicitur* تركته بالمرتزم Reliqui eum in terra iacentem, ut inde surgere non posset. *Kam.*

رزن *F. o.* 1) Sustulit *rem* manu, explorandi ponderis ergo *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Constitit, substitit *aliquo loco c.* ب *l. Kam.* b) رزن *n. a.* رزانة Gravis fuit pondere, et moribus constans fuit *vir. Dj.* III Amicus fuit *alteri* (خال); *ita in Kamuso Turcico* (*in Calcuttensi* حال In eodem loco cum altero habitavit). V Gravem et constantem se ostendit *in rebus c.* في *r. Kam.* VI E regione alterius opposita fuit *res una alteri, de montibus. Kam.*

رزن *Pl.* رزون, رزان Locus elatior, ubi planities aut depressius solum est, ut retineatur aqua. *Kam. Dj.*

رزان Gravitatem ostendens in consessu *mulier. Dj.*

رزين Gravis pondere *res*; *et* Moribus gravis, dignitate et potentia pollens. *Kam. Dj.*

رزنة *Pl.* رزان Locus ubi confluit et stagnat aqua. *Kam. Dj.*

روزنة *Pers. Pl.* روازن Fenestra, foramen in domo ad excipiendum lumen. *Kam. Dj.*

أرزن Nomen arboris durae. *Kam.*: ex qua scipiones et fustes parantur. *Dj.*

مرازن Qui una cum alio commoratur (محال; *ita in Kamuso Calcutt.*; *sed in Turcico legitur* مخال Amicus alteri.).

رازيانج *ex Pers.* رازيانه Foeniculum. *Gol. ex Kam. conf. Rhaz.* 98. 100. *Bochart. hieroz. I,* 29.

رزى *F. i. n. a.* رزى Beneficia *alicuius* accepit *c. a. p. Kam.* IV Confugit *ad aliquem* eoque nixus fuit *c.* الى *p. Dicitur* ارزيت ظهرى الى فلان.

رزية (*pro* رزئة) *Pl.* رزايا Afflictio, Aerumna, detrimentum.

رس *F. o. n. a.* رس 1) Fodit *puteum c. a. r. Kam. Djeuh.*; 2) Sepelivit *mortuum c. a. p. Kam. Djeuh.*; 3) Occultavit *rem c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* رس Pacem fecit; *contra* 5) Discordiam excitavit *inter homines c.* بين *p. Kam. Djeuh.*; 6) Inquisivit ut cognosceret *aliorum res c. a. r. Kam. Dj.*; 7) Dixit ac recitavit *verba alius apud animum suum c. a. r. et* في *anim. Dj.*; 8) *Idem quod* رز; 9) Primum pervenit ad aliquid, firmus et stabilis fuit. *Gol. ex Mar.* III *n. a.* مراسة Exorsus fuit. *Kam.* VI Inter se arcanum dixerunt *c. a. r. Kam.* VIII Divulgata fuit *res inter homines c.* في *p. Kam.*

رس Initium *rei, praec. febris, priusquam vehemens fit. Kam.*; Initium amoris. *Kam.*; Vocalis Fathae nomen in re metrica, litterae ا, quae تأسيس appellatur, praecedens in homoioteleuto. *Darstellung der Arab. Verskunst etc. p.* 319. بلغنى رس من خبر Nuntii pars ad me pervenit; Puteus lapidibus oppletus. *Kam.*; *inde* Nomen putei apud Tsamuditas in quem prophetam ad eos missum coniecerunt fidem non habentes. *Kam. Dj.*

رسّة Firmata *columna. Kam.*

رسّة Pileus. *Kam.*

رسيس Initium *praec. febris, priusquam vehemens fit. Kam., et* Initium amoris. *Kam.*; Res firma et stabilis. *Kam. Dj.*; Prudens, intelligens. *Kam.*; Nuntius rumorve haud verus. *Kam.*

رسى Mons latus non altus. *Kam.*

أرسوسة Pileus. *Kam.*

رسب *F. o. n. a.* رسوب 1) Resedit in fundo *aquae (res) c.* فى. *Kam.*; 2) Depressus fuit in cavitate (*oculus*). *Djeuh.*; 3) Penetravit alte *gladius. Gol. ex Mar.* b) رسُب Resedit in fundo *aquae (res) c.* فى *aquae.* IV Depressos habuit oculos in cavitate propter famem *gens. Kam.*

رسب Gladius in vagina reconditus. *Kam.*; Alte penetrans gladius.

رسُب Penetrans *gladius. Diw. Huds.*

راسب Firmus (*mons*). *Kam.*; Clemens, mansuetus *vir. Kam.*

روسب Infortunium. *Kam.*

رسوب Glans penis. *Kam.*; Gladius (*quia eius acies absconditur percutiendo*); Sedimentum *aquae, urinae etc.*, hypostasis: *ubi minus recte* رُسوب *enuntiant. Gol. ex Mar.*

رسوبى Sedimentum habens seu deponens. *Gol. ex Avic.*

المَراسب *Pl.* Columnae firmae. *Kam.*

مترسب *i. q.* رسوبى. *Gol.*

رستاق *Pl.* رساتيق *i. q.* رزداق.

رستم *et* رستم Nomen proprium viri fortissimi in carmine illo celeberrimo Ferdusii Schachnameh appellato celebrati.

رستميون Sectae nomen.

رسح Clunium femorumque macies. *Kam. Dj.*; *Idem quod* رصح. *Jac. Schultens. ad Gol.*

أرسح *Fem.* رسحاء *Pl.* رسح Nates et femora minime carnosa habens: *est lupi epitheton. Kam. Dj. Fem.* Deformis, sordida (*femina*). *Kam.*; *Idem quod* ارصح. *Jac. Schultens. ad Gol.*

أرسح Effecit ut *aliquis* clunes et femora emaciata haberet *c. a. p. Dj.*

رسخ *n. a.* رسوخ 1) Firmus, stabilis fuit (*conf.* رسا); 2) Exsiccatum fuit (*stagnum*), aqua a terra absorpta. *Kam.*; 3) Descendit (*pluvia*) in terram. *Kam.* IV Stabilivit, firmavit *c. a. Kam.* V Confirmatus, stabilitus fuit. (*Vita Saladini p.* 4.)

راسخ Firmus.

أرسخ Firmior, stabilior. *Harir.*

رساطون (*vid. vox exot.*) Vinum. *Kam.*

رسرس Potis fuit validusque ad assurgendum *camelus. Kam. Dj.*

رسع *F. a. n. a.* رسع 1) Corruptas palpebras, ut una alteri agglutinaretur, habuit *oculus. Kam.*; 2) Corrupta, laxa fuerunt membra (*viri*). *Kam.*; 3) Manui vel pedi *pueri* alligavit amuletum ad prohibendam maligni oculi noxam *c. a. pueri. Kam.* b) رسِع *n. a.* رسع Corruptis palpebris, ut una alteri agglutinaretur, laboravit *homo, oculus. Kam. Dj.* II *n. a.* ترسيع Corruptas et cohaerentes habuit palpebras *oculus. Kam. Dj., vir. Kam.*; Fidit lorum, et in idem alterum immisit. *Dicitur* سوّاه بالترسيع. *Kam.*

رسع Corruptio palpebrarum qua invicem cohaerent. *Kam. Djeuh.*

رسوع Lora tenuiora inter se plexa, quae in medio arcus sunt. *Kam.*

رساعة *Pl.* رسائع Lora inter se plexa, quae in inferiore baltei parte sunt ornatus causa. *Kam.*

أرسع Palpebris corruptis ut una alteri agglutinaretur laborans. *Kam. Dj.*

مرسع *F.* ة *Id. Kam. Dj.*

مَرِيسِيع Nomen putei *vel* aquae gentis Chosaae. *Kam.*

رَسْغ و رُسُغ *Pl.* أَرْسَاغ *et* أَرْسُغ Locus, ubi os tenue est in pedibus inter ungulam et locum موصل الوظيف *vel* Locus, qui separat brachium a manu et crus a pede. *Kam. Dj.*

رَسَغ Laxitas, mollities in pedibus cameli. *Kam. Dj.*

رِسَاغ Vinculum quod ligatur ad locum pedis رسغ appellatum et cum palo coniungitur, ne ulterius procedat iumentum. *Kam. Dj.*

رَسِيغ Bonis commodisque abundans *vita. Kam.*; *et* Copiosus *cibus. Kam.*

رَسَّغَ Amplam et commodis abundantem reddidit *vitam c. a. r. Kam.*; Ita composuit *sermonem*, ut partes bene cohaererent *c. a. r. Kam.*; Humidam reddidit *terram pluvia*, ut pertingeret aqua ad pedis locum رسغ appellatum *c. a. Kam. Dj.*

مُرَسَّغ Infirmum consilium. *Kam.*

رَسَفَ *F. o. et i. n. a.* رَسْف, رَسِيف, رَسَفَان Incessit modo compedibus vincti. *Kam.* IV Propulit (*camelos*) ut procederent compediti *c. a.* IX Sublata fuit in altum *res. Kam.* (*Nona forma legitur in Kamuso Turcico*; *octava autem in Kamuso Calcutt. adnotata est*).

رَسَلَ Nuntium misit. b) رَسِلَ *F. a.* 1) *n. a.* رَسَل Demissam comam habuit. *Kam.*; 2) *n. a.* رَسْل, رَسالة Leniter commodeque incessit. II *n. a.* تَرْسِيل Lacte abundavit *gens. Kam.*; Lac رسل bibendum dedit *alicui c. a. Kam.*; Multum misit, propinavit lac *c. a. p. vid.* رَسَل. III *n. a.* مراسلة Misit ad alium: *spec.* epistolam vel nuntium *c. a. p. et* فى *r. vel* على *vel* ب *r. Dj.* IV Dimisit *aliquem c. a. p. Kam.*; Missum fecit, reliquit *c. a. Kam.*; Misit *aliquem ad aliquem c. a. p. et* الى *alt. Kam.*; Misit nuntium *ad aliquem de aliqua re c.* الى *p. et* ب *r.*; Composuit tractatum رسالة appellatum; *tum generalius adhibetur. Vita Timur. p.* 87 *edit. Calcutt. et de satyra contra aliquem c.* فى *p.*; Lacte abundavit *gens. Kam. Dj. conf.* رَسْل; Multos greges habuit. *Kam.*; Demisit *comam. Gol.*; Praefecit *aliquem cum plena potestate c. a. p. et* على *r.* V Leniter, cunctanter commodeque egit *c.* فى. *Kam.*; Leniter et moderate peregit *lectionem c.* فى *r. Kam. Dj.* VI *Pl.* Unus alteri invicem legatos miserunt; Unus idem fecit quam alter hunc secutus. *Harir. p.* 233.; Renuntiarunt invicem. *Gol. ex Mar.* X Petiit *ab aliquo*, ut ipsi mitteret camelorum greges *c.* من *p. Kam.*; Promissus factus est *capillus. Kam. Dj.*; Affabilem et familiarem se praebuit *c.* الى *p. Kam. Dj.* استرسل فى الكلام Se effudit in sermonem.

رَسْل Lenis, commodus *incedendi modus. Kam.*; *Fem.* ة Leniter commodeque incedens *camelus. Kam. Dj.*; Demissa *de coma. Kam. Dj.* (*Rarior videtur hic enuntiandi modus quam* رِسْل); Moderatio, cunctatio, lenitas facilitasque in motu et agendo. على رِسْلك Commode agas! *Kam.*

رِسْل Moderatio, cunctatio, lenitas et facilitas in motu et agendo. اخذ فيه على رسله Non vehementer neque festinanter, sed leniter et commode rem instituit. على رسلك Commode agas! Lac, quamdiu animal lac praebet *sc.* tempore quum gravidum est animal et lacte caret excepto. *Dicitur* ما بالناقة رسل Lac camela non praebet (*sc. tempore, quo carere lacte non debet*). *Kam. Dj.*; Armi (عضد) extremitas in equo. *Kam.*

رَسَل *Pl.* أَرْسَال Agmen *general.*; Cameli; *aliis* Agmen camelorum, ovium, caprarum. *Kam. Dj.* جاءت ارسالا Turmatim venerunt *equi. Dj.*

رُسُل Parva non tecta operimento capitis *de puella. Kam.*

رِسَال Cameli pedes. *Kam.*, anteriores posterioresque. *Gol. ex Mar.*

رَسُول *Pl.* رُسُل, رُسَلَاء, أَرْسُل (*has omnes pluralis formas Kamusi auctor formae* فعول *tribuisse videtur*) Missus, legatus. *Kam. Dj.* (*In his autem verbis* انّا رسولُ ربّ العالمين *non adhibita est forma pluralis, quia forma* فعول *ut singularis sic pluralis, ut masculini sic feminini vicem agit. Kam. Dj.*) رسول الله *vel* الرسول Muhammedes; Is qui consentit cum altero in iaculandi certamine aliave re; Legatio, missio. *Kam. Dj.* (*In hoc nominis actionis forma esse videtur.*) *Hamas. p.* 214 *sq. Dicitur* ارسلتم برسول.

رَسِيل *comm. gen. Pl.* رُسَلَاء, رُسُل *et* أَرْسُل Qui mittitur, et ad alium mittit: et ad quem mittitur; Is qui consentit cum altero in iaculandi certamine aliave re. *Kam. Dj.*; *et sec. al.* Equus una cum altero emissus ad certamen; Legatio. *Kam.*; Litterarum *vel* nuntiorum commercium colens cum aliquo. *Kam. Dj.*; Ampla *res*; Subtilis et elegans *res. Kam.*; Admissarius camelus. *Kam.*; Dulcis *de aqua. Kam.*

رَسْلَةٌ (*sed rarius videtur quam* رِسْلَةٌ) Moderatio, cunctatio, lenitas facilitasque in motu et agendo. *Dicitur* على رِسْلتك Commode agas! *Kam.*; Multum pilosa in suris *mulier. Kam.*, et promissiore crine praedita; Segnities. *Kam.*

رِسْلَةٌ Moderatio, cunctatio, lenitas et facilitas in motu et agendo. *Kam.*

رَسَالَةٌ Missio, legatio. *Kam.*

رِسَالَةٌ Missio, legatio. *Kam.* *Plur. san. et* رَسَايِلُ Quod mittitur, *uti* nuntius, epistola. *Gol.*; *et* Tractatus, brevius scriptum; Dissertatio. رسايل Negotia.

رَسَالِيّ Cameli, et eorum pecorumque agmen (*Gol. ex Kam. ego non inveni vocem*).

رُسَيْلَةٌ *Deminut. a* رِسْلَةٌ *aut* رَسْلَةٌ.

رُسَيْلَى Animalculi nomen. *Kam.*

رَاسِلَانِ Duae scapulae *vel* duae in illis venae. (*Errant autem ii, qui vocem significare venas duas in manibus contendunt. Kam.*); *vel* Brachiorum extremorum loci extremi, qui in scapulas inserti sunt. (*Vox* الزابلتان *quae in Kamusi editione Calcutt. legitur corrigenda est in* الوابلتان.)

رُسَيْلَاتٌ *Deminutivi Pluralis forma a singulari* رِسْلَةٌ. *Adhibetur in loquendi modo* ارسل الكلام على رسيلاته Vilipendit, neglexit sermonem. *Kam.*

إِرْسَالٌ *Vox technica, quae significat* quemdam referentem verba Muhammedis, simpliciter dicere: Dixit legatus *etc.* non interpositis personis, per quas verba a Muhammede audita ad aetatem narrantis perlata erant.

تَرْسِيلٌ *In Corani lectione idem est quam* ترتيل *quod vid. Kam.*

مُرْسَلٌ *Fem.* ة Ad alium missus, *pec.* cum nuntio; Legatus; *in Fem. Plur. san.* Epistola. *Hist. Sar.* الاحاديث المُرْسَلَةُ Traditiones eae quae usque ad eos, qui tempore sociorum Muhammedis vixerunt (تابعى) deductae sunt, ita tamen, ut socii Muhammedis mentio non fiat, sed hic تابعى verba Muhammedis ipsa adducat. *Kam.*; Neglectus, *inde* قول مرسل Libera oratio.

مِرْسَالٌ In suris multum pilosa *mulier. Kam.*; Qui litterarum vel nuntiorum commercium cum aliquo habet. *Kam. Dj.*; *vel* Quae ad procos legatos mittit invitandi causa; *vel* Ea, quae repudiata a marito *aut* ab eo separata *aut* mortuo marito *aut* annosa *aut* repudium a marito exspectans aliis se offert. *Kam. Dj.*

مِرْسَالٌ *Pl.* مَرَاسِيلُ Commode incedens *de camela. Kam. Dj.*; Qui integras buccellas ingerit et immittit in fauces; Qui ramos emittit manu sua, ut socium affligat. *Kam.*; Sagitta brevis. *Kam. Dj.*

مِرْسَلَةٌ Monile longum, quod in pectus dependet, *vel* Colli ornamentum conchis aliisque rebus constans. *Kam.* المرسلات *Pl.* Venti *vel* angeli *vel* equites. *Kam. Dj.*

مُسْتَرْسِلٌ Demissus, passus *de capillo*.

رَسَمَ *F. o. n. a.* رَسْمٌ 1) Signa fecit, vestigium impressit; *tum* 2) Scripsit, et alicuius stipendium definivit, assignavit *stipendium c.* على *r. Kam. Dj.*; 3) Praescripsit, iussit *rem c. a. r. et* ل *p. Kam. Dj.* رسم له بمحاربته Mandato scripto iussit eum bellum ei facere. *Kam.*; 4) *n. a.* رَسِيمٌ Vestigia terrae impressit quum firmiter incederet (*camelus*). *Kam. Dj.*; 5) Obliteravit vestigia in terra relinquens *pluvia et ventus domum c. a. r. Kam.*; 6) *F. i. n. a.* رَسِيمٌ Incessit modo, qui incitatior est quam is, qui نميل appellatur. *Kam. Dj.*; 7) Delituit *in terra c.* فى *l.*; *et inde* Mortuus est. *Kam.* II Bene signavit et notavit; Bene scripsit, *pec.* striis ductibusve notavit *vestem. Gol. ex Mar.* IV Effecit, ut vestigia terrae imprimeret (*camelus*) *c. a. cam. Kam.*; Fecit, ut modo رسيم appellato incederet *camelus c. a. Kam.* V Intuitus et contemplatus fuit signa et vestigia *ut domus destructae c. a. Dicitur* ترسمت الدار. *Kam. Dj.*; Exploravit locum, ubi puteum foderet aut domum exstrueret. *Dj.*; *tum* Studiose legit *carmen*, ut sensum eius bene intelligeret idemque memoria teneret *c. a. r. Dicitur* تَرَسَّمَ هذه القصيدة. VIII Mandatum accepit, paruit. *Kam. Dj.*; Precatus fuit, invocavit, laudavit, ad Deum confugit dixitque الله اكبر Deus est maximus. *Kam. Dj.*

رَسْمٌ Puteus, qui in terra foditur. *Kam.*; Res, qua denarii poliuntur (مَجْلَى). *Kam.*; Instrumentum ligneum, quo tritico signum inprimitur. *Kam.* *Pl.* رُسُومٌ Mandatum et praescriptum; Modus. *Plur.* أَرْسُمٌ, رُسُومٌ Vestigium rei, *vel* vestigiorum reliquiae, *vel* Vestigium

rei eminus non apparens *ex. gr.* Fundamentum domus sub terra. *Kam. Djeuh. In libro Tarifat inscripto haec vocis* رسم *explicatio legitur:* Vox رسم est Epitheton, quod eodem modo se habet tempore sempiterno futuro (أبد), quo se habuerat tempore sempiterno praeterito (أزل) *i. e.* in Dei voluntate quum res nondum esset.

رسم تامّ Ea rei descriptio, quae composita est ex genere ipsi rei proximo et proprietate, *ex. gr.* Homo est animal ridens. Huic opposita est رسم ناقص Ea rei descriptio, quae fit aut proprietate indicata aut addito huic genere dissito, *ex. gr.* Homo est ridens *aut* homo est corpus ridens, *vel* accidentibus, quae omnia uni verae definitioni propria sunt, *ex. gr.* Homo pedibus duobus est incedens, ungulas largas habens, cutem apparentem habens, recta statura praeditus, natura ridens. الرسم الناقص ما يكون بالخاصة وحدها او بها وبالجنس البعيد كتعريف الانسان بالضاحك او بالجسم الضاحك او بعرضيات تختص جملتها بحقيقة واحدة كقولنا في تعريف الانسان انه ماش على قدميه عريض الاظفار بادى البشرة مستقيم القامة ضحاك بالطبع. رسم المصحف Scientia, quae complectitur omnia, quae spectant ad modum scribendi Alcoranum. *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 84. *conf. Chrest. T. II. p.* 327 *ed. alt.* برسم ذلك Propterea. برسم الركوب Equitandi ergo. *Hamak. Wakid. p.* 80, 182.

رَسْم Elegans, pulcher incedendi modus. *Kam.*

رَاسِم Aqua fluens. *Kam.* *F.* ة *Pl.* رَوَاسِم Incessu رسيم appellato incedens, *inde* Celer (*camelus*).

رَوْسَم Calamitas, infortunium. *Kam.*; Instrumentum, quo seriae caput obsignatur. *Kam.*; *tum* Signum; Instrumentum, quo triticum signatur (*conf.* روشم). *Dj.* (*Observandum est, has significationes in Firuzabadii opere tribui formae* رَوْسَم); *item* Res aliqua, qua nummi aurei poliuntur. *Dj.*

رَسُوم Vestigia in terra relinquens valido incessu *de camela.* *Dicitur* ناقة رسوم. Qui diem noctemque in itinere perseverat siue quiete *de camelo.* *Kam.*

رَسِيم Modus camelini incessus, qui incitatior est quam is, qui ذميل appellatur. *Kam. Dj.*; *prop.* Incessus, quo vestigia terrae inprimuntur. *Diw. Djerir.*

رَاسُوم Sigillum, quo seriae caput obsignatur. *Kam.*

رَسْمِى Genus mensurae spatii in India usitatae.

رَوَاسِيم Libri quidam Arabum Paganorum. *Kam. Dj.*

تَرْسِيم Scriptum iudicis, quo, ut videtur, aliquem sub eius potestate esse, indicat. *De Sacy Chr. Ar. T. II. p.* 170. *ed. alt.*

مِرْسَم Modus camelini incessus incitatior, quam is, qui ذميل appellatur. *Kam.*

مُرَسَّم Striis lineisve notatus *pannus.* *Kam. Dj.*

مَرَاسِم *Pl.* Signa, vestigia. *Gol. ex Mar.*

مَرْسُوم Signatus, descriptus. *Pl.* مَرَاسِيم *et* مَرَاسِم Mandatum, quo alicui stipendium assignatur, edictum. مرسومات Stipendia.

رسن *F. o. i. n. a.* رَسْن Ligavit fune. *Dj.*; Capistri parte رسن appellata instruxit *equum c. a.* *Kam.* IV Construxit capistro رسن *iumentum c. a.* *Kam. Dj.*

رَسَن *Pl.* أَرْسُن, أَرْسَان Funis, capistri pars, quae super naso est. *Kam.* (*est vox Persic. Codex Lugd. de vocib. exotic.*).

Pl. الأَرْسَان Salebrosa ac dura loca *terrae.* *Kam.*

رَاسَن *Pers. i. q.* قَنَس Helenium. *Kam.*

رَوْسَن *pro Pers.* روشن Fenestra. (*Codex Lugdun. de vocibus exot.*).

مَرْسِن *Pl.* مَرَاسِن Locus nasi, cui capistrum inhaeret. *Kam.*; *tum quoque* Nasi humani pars, vel ipse nasus. *Et Plural.* مَرَاسِن Nasus. *Diw. Djerir.* *Dicitur* فعلت ذاك على رغم مرسنه Invito illo hoc feci. *Dj.*

مُرَسَّن Capistro (رسن) ligatus *equus.* *Dj.*

رسا *F. o. n. a.* رَسْو, رُسُوّ 1) Stabilis et firmus fuit, immotus constitit *mons.* (*conf.* رسخ). *Kam.* رست اقدامهم في الحرب Firmiter steterunt eorum pedes in bello. *Dj.*; *et* In fundo aquae subsedit; 2) Ad ancoram stetit (*navis*). *Kam.*; 3) *n. a.* رَسْو Composuit res, pacem fecit *inter alios c.* بين. *Dj.*; 4) Partem *traditionis* memoravit *c.* من *et* ل *p.* *Dicitur* رسا له رسوا من الحديث; *tum Alicuius* auctoritate retulit *traditionem c.* عن *p. et a. r.* *Kam. Dj.*; 5) رسا الفحل بشوله Quum se ab illo removissent, admissarius barriendo camelas revocavit, illae autem tum accurrentes quieverunt. *Kam. Djeuh.* III Natando certavit *cum aliquo c. a. p.* *Kam.* IV أَرْسَى Firmus immotusque fuit. *Gol. ex Mar.*; Appulit in portum. *Gol.* *Praet.* أُرْسِيَتْ Firmatum immotumque red-

didit, ac firmiter fixit *c. a.* *Kam.*; *et* Proposuit sibi firmiter *ieiunium c. a. r.* *Kam.*

رَسْوٌ Pars *traditionis.*

رَاسٍ *Fem.* رَاسِيَةٌ *Pl. san. ut* جبال راسيات, *tum Pl.* رَوَاسِى Firmus et immotus consistens, *uti mons*; *et* قدر راسية Olla, quae loco moveri nequit prae mole. *Kam.*

رَسْوَةٌ *Pl.* رِسًى *Pers.* دَسْتِينَه Armilla sphaerulis conchulisve, aut similibus rebus, composita. *Kam.*

رَسِىٌّ Constans et immotus in bono malove. *Kam.*; *et* Firmus, tentorii medius palus. *Kam.*

مُرْسًى *In Corani loco* بسم الله مُجْرَاهَا ومُرْسَاهَا (*cuius est altera lectio* مَجْرَاهَا ومَرْسَاهَا *aut* مُجْرِيهَا ومُرْسِيهَا; *pro nomine actionis coniugationis quartae habendum est*).

Et haec Corani verba يسئلونك عن الساعة ايان مرسيها *talem offerunt sensum*: Te interrogabunt de ultima hora, quando adventura sit. *Kam.* *Plur.* مراسى Locus, ubi quid firmiter consistit; Portus; Statio navium.

مُرْسَاةٌ *Pl.* مَرَاسِى Ancora, ad quam consistit navis. *Kam.* *Dj.* القت السحاب مراسيها Commorata nubes pluviam largiter effudit. *Kam.*; Statio navium.

تَمْرَةٌ نِرْسِيَانَةٌ Dactylorum species. *Dj.*

رَشَّ *n. a.* رَشٌّ, تَرْشَاشٌ 1) Conspersit humore (*de aqua, sanguine, lacrymis*) *locum c. a. l. et* ب *r.* *Kam.* *Djeuh.*; 2) Parum pluviae et sparsim emisit *coelum.* *Dj.* II Inspersit *terrae aquam c.* على *loci et c. a. r.* *Gol.* IV Parum pluviae et sparsim emisit *coelum.* *Kam.* *Dj.*; Sanguinem sparsit largum *vulnus.* *Kam.*; Redegit ad sudorem *equum c. a.*, ad cursum incitans. *Kam.*; Trivit *camela* caudam *pulli*, ut sugeret *c. a. pulli.* *Kam.* V Aspersus, conspersus fuit *locus aqua etc. c.* على *l.* X Lactere voluit, inserto capite inter femora matris, *pullus.* *Kam.*

رَشٌّ *Pl.* رِشَاشٌ Pauca pluvia. *Kam.* *Dj.*; Ictus dolore afficiens. *Kam.*

رَشَاشٌ Aspersa res (*de aqua, sanguine, lacrymis aliisve*). *Kam.*

رَشَاشِى Modus quidam mensurae.

مِرَشَّةٌ Instrumentum, quo aspergitur quid, *pec.* textorium quoddam. *Gol. ex Meid.*

مُرَشَّةٌ Vulnus sanguine *etc.* corpus conspurcans.

رَشَأَ 1) Peperit *dorcas.* *Kam.*; 2) Congressus fuit *cum muliere c. a. p.* *Kam.*

رَشَأٌ *Pl.* أَرْشَاءٌ Pullus dorcadis cui vires sunt, ut matrem sequatur. *Kam.* *Domair.*; Arboris species quae hominis statura altior est; Planta ei similis, quae قَرْنُوَةٌ appellatur. *Kam.*

رَشْبَةٌ Nux Indica magna (*Cocos*), qua hauritur. *Kam.*

مَرَاشِبُ Lutum in superiore cadorum parte. *Kam.*

رَشَحَ *F. a. n. a.* رَشْحٌ Sudavit, sudore maduit. *Kam.* *Dj.* لا يرشح له بشىء Non dat illi quicquam; 2) Saliit et laeta fuit (*dorcas*). *Kam.* II *n. a.* تَرْشِيحٌ Bene administravit *opes c. a. r.* *Kam.*; Exigua paulatim propinata lactis quantitate suctioni *infantem* adsuefecit *mater c. a.* *Dj.*; Bene nutrivit *infantem c. a. p.*; Educavit formavitque a teneris *ad aliquam rem c. a. p. et* ل *r.* *Kam.* *Dicitur* هو يرشح للملك (*conf. De Sacy Chrest. Ar. T. III. p.* 231 *ed. alt.*); Linxit (*dorcas*) pullum tempore partus. *Kam.*; Extendit magis quam rei convenit *rem c. a. r.* IV Aptum reputavit *c. a. r.* V Exsudavit, sudoris instar emanavit. *Gol. ex Mar.*; Educatus fuit; Aptus, paratus fuit *c.* ل *r.*; Potis fuit gradi (*pullus*). *Kam.* *Dj.*; *aliis* Vires habuit, ut matrem sequeretur. *Dj.* X Alta et elata fuit *herba* بهمى appellata. *Kam.*; Educavit (*agnum*) *c. a.* *Kam.*; *et* Exspectavit donec *herba* altior esset et pastu decerpi posset *c. a. herbae.* *Kam.*

رَاشِحٌ Gradi potis et matrem sequens *pullus.* *Kam.* *Dj.*; Reptile animal ex eorum genere, quae خشاش et احناش appellantur. *Kam.* *Plur.* رَوَاشِحُ Mons cuius inferior pars semper humida est, quum sudori similis aqua inter saxa fluit. *Kam.* *Pl.* الرَّوَاشِحُ Verrucae adnatae ovium papillis. *Kam.*

رَشْحٌ Sudor. *Kam.* *Dj.*; Plantae nomen. *Kam.*

أَرْشَحُ Magis sudans. *Inde* هو ارشح فوادا Subtili et acuto ingenio praeditus est. *Kam.*

تَرْشِيحٌ Est modus metaphorae (استعارة) in arte rhetorica. Metaphora autem duplex est aut ترشيح aut تجريد. Prius

est, quum in eligendis vocibus rationem habes vocum metaphoricarum ut illae his conveniant, *ex. gr. in hoc versu Nabeghae* وصَدْرٍ اراح اللَّيلُ عازب همّه. *In hoc versu vox metaphorica est* اراح *et huic convenienter electa est* عازب. Huic contrarium est تجريد *ut in hoc Corani* اذاقهم الله لباس الجوع. *Nam* اذاق *non convenit voci* لباس (*conf. Harir. p.* 7 *sch. p.* 12. *p.* 93).

مِرْشَح Stratum sub ephippio infimum, sub eo, quod ميثرة appellatur, excipiens sudorem. *Kam. Dj.*

مُرْشِح Pullum, qui gradi potest, habens. *Kam. Dj.*

مِرْشَحة *i. q.* مِرْشَح. *Kam. Dj.*

مُسْتَرْشَح Locus, cuius herba non depascitur, sed relinquitur donec altior sit.

رَشَدَ *F. o. n. a.* رُشْد, رَشَاد Recta incessit via, bene directus rectoque ductu usus fuit, non erravit. *Kam. Djeuh.* b) رَشِدَ *F. a. n. a.* رَشَد *Id. Kam. Dj.* IV Bene prospereque direxit, ut recte ageret neque erraret, *Deus aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; Tetendit *ad aliquem c.* الى *p.* X Bene directus fuit, recta incessit via. *Kam.*; Voluit recta via incedere, petiit ut dirigeretur. *Kam.*

رُشْد Incessus in via recta, *seu* Recta agendi ratio cum fortitudine coniuncta. *Kam.*

رَاشِد Rectam inveniens et insistens viam; Orthodoxus. *Jac. Schult. ad Gol.*

رُشَاد Nasturtium. *Gol. ex Beith. Inde* حب الرشاد. *Kam.* رشاد البر Raphanus lyratus. *Forsk. Fl. Aeg. Ar. p.* LXIX *et* 119.

رَشِيد Dux rectae viae ac director; *vel* Is, qui sapienter instituit omnia, quae decernit, *unde attributum Dei est. Kam.*; Bene directus, probus.

رَشْدَة Coniugium legitimum. *Dicitur* وَلَد لِرَشْدَة Scorto ortus non est. *Kam. Huic contrarium* ليس لرشدة.

رِشْدة Rectitudo, rectum coniugium. *Hamas. p.* 463.

رَشَدَى Incessus in via recta et recta agendi ratio. *Kam.*

رَشَادَة *Pl.* رَشَاد Saxum, lapis implens manum. *Kam.*

رِشِيدِيَة *a Pers.* رِشْتَه Cibus quidam *sc.* oblonga offae segmenta in iusculo cocta. *Kam.*

أَرْشَد Recte ducens *via. Dj.*

إِرْشَاد *Nomen actionis quartae formae pro* رَشَاد *primae. conf. Hamas. p.* 451.

مَرْشَد *Pl.* مَرَاشِد Via recta, quae ducit ad locum, quo aliquis tendit. *Kam. Dj. Dicitur* يهدى الى المراشد.

رَشْرَشَ *n. a.* رَشْرَشَة 1) Molle fuit os; 2) Potestatem habuit in aliquem, quem timuit, ei par fuit. *Kam.*

رَشْرَش *Fem.* ة Siccus ac mollis *de pane. Kam.*

رُشَراش Mollis (*de osse*). *Kam.*; Pinguis *de carne tosta. Kam.*; Siccus ac mollis *de pane. Kam.*

رَشْرَشَة Mollities. *Kam.*

رَشَفَ *F. o. i. n. a.* رَشْف (*et* تَرْشَاف *Ibn-Doraidi Makzurah v.* 119) Suxit duobus labiis; Sorbendo bibit, et velut sugendo hausit *c. a. Kam. Dj.*; Suxit *os amatae* (*indicium magni amoris habetur*). *Harir. p.* 235 *schol.*; Totum diligenter exhausit nihil relinquens *c. a. Kam.* b) رَشِفَ *F. a.* II. IV. V. VIII Sorbendo bibit, et sugendo hausit ore *aquam c. a. r. Kam. Dj.* (تَرَشَّف Multum sorpsit. *Harir. p.* 200.)

رَشْف *Nempe* الرَّشْف أَنْقَع Sorbere paulatim paulatim magis extinguit sitim. *Kam. Dj.*

رَشَف Pauca aqua remanens in cisterna; Aquae pars summa, quam sorbens bibit iumentum. *Kam.*; Saliva. *Harir. p.* 200 *schol.*

رَاشِف Sugens duobus labiis. *Ibn-Doraidi Makzurah. v.* 126.

رَشُوف Pulchro ore praedita *mulier. Kam. Dj.*; *et* Siccioribus pudendis praedita *mulier. Kam.*; Extremis labiis comedens *camela. Kam.*

رَشِيف Sorbitio. *Kam.*

مِرْشَف *Pl.* مَرَاشِف Instrumentum, quo sorbetur. *Pl.* Labia.

رَشَقَ *F. o. n. a.* رَشْق Iecit *sagitta, aliave re c. a. p. et* ب *r. Kam.* b) رَشُقَ *n. a.* رَشَاقَة Egregia ac pulchra statura praeditus fuit. *Kam. Djeuh.* III Iter fecit *cum altero c. a. p. Kam.* IV Iaculando petivit locum; Intendit, acuit visum. *Kam.*; Collum protendit *dorcas. Kam. Dj.* مَا أَرْشَقَهَا Quam celeriter mittit arcus sagittas. *Kam.*

رَشْق Calami sonus. *Kam.*

رَشْق Sagitta iacta. *Kam.*; Sagittae iactae tractus, *vel* Iaculandi modus unus. *Kam. Dj.* رمينا رشقا Iecimus omnes uno eodem modo *i. e.* eundum scopum petentes. *Kam.*; Calami sonus. *Dicitur* سمعت رشق قلمه Stridorem calami eius audivi. *Kam.*

رِشْق Arcus, cuius sagittae celeriter volant. *Kam.*

رَشْق Egregius statura.

راشق Iacta *sagitta. Harir. p.* 71.

رَشِيق *Fem.* ة *Pl.* رِشَاق Egregia statura praeditus (*vir*). *Kam. Dj.*; Levis, alacer, vibrans, pernix. *Gol. ex Mar.*

رشاقة Pulchritudo staturae.

مِرْشَقة Annulus iaculatorius, quo munitus pollex facilius attrahit tensiorem chordam. *Gol. ex Meid.*

رَشْك Magna praeditus barba (*et haec significatio Persico* رشك *tribuitur*). *Kam.*; Is qui in iaculandi certamine iactus certantium numerat et computat. (*Kamusi auctor hanc vocem ex* رشق *ortam esse adnotavit; at vero voci* رشق *sub radice* رشق *hanc modo dictam significationem non tribuit.*)

رُشك *Pers.* Scorpio.

رشال Salmo dentex *apud Forsk. descript. anim.* XIII, 66.

رشم *n. a.* رَشْم (*conf.* رسم) 1) Scripsit *ad aliquem c.* الى *p.*; 2) Instrumento روشم appellato signavit in area (*frumentum*) *c. a. Kam. Dj.* b) رَشِم *n. a.* رَشَم Odoratus cibum eius cupidus fuit. *Kam. Dj.* II Scripsit. *Kam.* IV Signo impresso notavit *vasa. Kam.*; Vidit (*dorcas*) primum plantae germen et id depavit. *Kam.*; Folia protulit *arbor. Kam.*; Primo splendore micuit (*fulmen*). *conf.* اوشم. *Dj.*

رَشْم Pluvia. *Kam.*

رَشَم Nota nigra in vultu hyaenae. *Kam.*; Primum germen prodeuntis e terra plantae. *Kam. Dj.*; Pluviae in terra vestigium. *Kam.*; Pluvia. *Kam.*

رشماء Notam nigram in facie habens *hyaena. Kam.*

رَوْشَم Instrumentum, nempe tabula, qua frumenti acervo signum imprimitur. *Kam. Dj. conf.* روسم.

راشوم *i. q.* رَوْشَم. *conf.* راسوم *Kam.*

أَرْشَم Notis nigris et striis notata *res. Kam. Dj.*; Cibum odoratus eius cupidus *homo. Kam. Dj.*; Non abundans et vituperata *pluvia. Kam.*; *et* Radios vibrans fulmen; Canis. *Kam.*

رشن *F. o. n. a.* رَشْن *et* رُشُون Os immisit *in ollam* (*canis*) *c.* فى. *Kam. Dj.* b) رَشَّنَ Non vocatus ad epulas venit, ac sine venia intravit. *Kam. Dj.*

رَشْن *et* رُشْن Potatio aquae per vices *vel* portio aquae. *Kam.*

راشن Omnes appositos cibos comedens. (*In Kamusi editione Calcutt. aliisque eiusdem operis exemplaribus legitur* مقيم. *Hoc vitiosum legendumque esse* مقم *observavit interpres Kamusi Turcicus.*) Qui non vocatus ad convivium accedit, catillo. *Kam. Dj.* (Qui autem supervenit edentibus, وارش *appellatur*); *et Plur.* رَوَاشِن Donum quod famulo alicuius aut discipulo apportanti aliquid dari solet. *Kam.*

رَوْشَن *Pers.* Fenestra, seu foramen per quod excipitur lumen. *Kam. Dj.*

غَنَم رَشُون Libere pastum incedentia pecora. *Kam.*

رشا *F. o. n. a.* رَشْو 1) Dedit *alicui* rem رشوة appellatam *c. a. p. Kam. Dj.* III Iuvit *aliquem*, benignus fuit *c. a. p. Kam. Dj.*; Conciliare sibi studuit *aliquem c. a. p. Kam.* IV Voces ارشه ارشه protulit *pastor*, ut iumentum stans ad cursum incitaret. *Kam.*; Socii fuerunt in caede et lytro solvendo *c.* فى. *Kam.*; Direxit *arma in aliquem c.* ب *instr. et* فى *p. Kam.*; Instruxit fune رشاء *situlam c. a. r. Kam. Dj.*; Effecit ut sugeret *pullus c. a. Kam. Dj.*; *et* Palmites longos emisit *cucumer, colocynthis. Kam. Djeuh.* V Benigne leniterque tractavit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* VIII Accepit rem رشوة appellatam. *Kam. Dj.* X Expetivit, postulavit rem رشوة appellatam. *Kam. Dj.*; Cupivit lactere *pullus. Kam. Djeuh.*

رمح راش Hasta debilis, flaccida. *Reisk. ad Gol.*

رِشَاء *Pl.* أَرْشِيَة Funis. *Kam. Dj.*; Funi similis palmes colocynthidis cucumerisque. *Kam.*; Parvarum stellarum congeries referens piscis formam: quae بطن الحوت dicitur: in cuius umbilico stella lucida est, mansio lunae postrema. *Dj.*, *est* piscis borealis. *conf. Ideler Untersuchungen etc. p.* 125 *et* 205.

رَشَاة *Pl.* رَشًى Plantae nomen. *Kam.*

رِشْوة *Pl.* رِشًى, *et* رُشْوة *Pl.* رُشًا Constitutum pro opera pre-

tium; *tum* Donum, quod datur corrumpendi causa, ut aut rectum esse falsum aut falsum esse rectum declaretur. *Kam. Dj.*

رَشِيّ Pullus ablactatus. *Kam.*

أَرْشَهْ أَرْشَهْ *vel* أَرْشَهْ أَرْشَهْ Voces, quibus utitur pastor, ut iumentum stans ad cursum incitet, dum simul eius podicem manu fricat. *Kam.*

تُرْشَاءٌ Funis. *Kam.*

مُسْتَرْشٍ Obsequens *alteri*, ut donum accipiat *c.* ل *p. Kam.*

رَصَّ *F. o. n. a.* رَصٌّ 1) Parte alteri applicata *rem* iunxit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Aequalia fecit rostro *ova s.* recte disposuit (*gallina*) *c. a. r. Kam.* II Parte alteri applicata iunxit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; *n. a.* تَرْصِيصٌ Prope ad oculos, ut apparerent, adduxit *calyptram c. a. r. Kam. Dj.* VI *Pl.* Firmiter cohaeserunt inter sese *homines* in series coniuncti. *Kam. Dj.*

رَصَاصٌ (*non est* رِصَاصٌ *efferendum*) Plumbum et stannum; *seu potius* genus plumbi et stanni: species *una* nigra *et nomen* اسرب *et* ابار *habet*, *altera* alba قلعى *et* قصدير *quoque appellatur. Kam.*

رَصِيصٌ Unum super altero positum *de ovis. Kam.*; Prope ad oculos, ut appareant, adducta (*calyptra*). *Kam.*

رَصَّاصٌ Venditor plumbi vel stanni. *Meid.*

رَصَّاصَةٌ Lapides circum fontem positi inter se iuncti. *Kam.*; Terra dura. *Kam.*; Avarus. *Kam.*

أَرَصُّ *Fem.* رَصَّاءُ Non distantes sed prope coniunctos habens dentes. *Kam.*; Propius iunctum (*de femore*).

أُرْصُوصَةٌ Pileus melonis formam habens. *Kam.*

مَرْصُوصٌ Compactum ac bene firmatum *opus*, *structura*; *et* Cuius paries plumbo vel stanno ornatus vel obductus est *puteus. Kam. vid.* رسس.

مُرَصَّصٌ Plumbo aut stanno obductus. *Kam. Dj.*

رَصَبٌ Pars manus inter inferiorem indicem digitum et medium. *Kam.*

رَصَحٌ Angustia spatii inter coxas (وركك). (*Quod in hominibus et bestiis non laudatur.*) *conf.* رسح.

أَرْصَحُ *Fem.* رَصْحَاءُ Nimis angustum inter coxas spatium habens. *Kam.* (*conf.* ارسح.)

رَصَخَ (*conf.* رسخ) Firmus, stabilis fuit *in re c.* فى. *Kam.*

رَصَدَ *F. o. n. a.* رَصْدٌ, رَصَدٌ Observavit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; *inde* Insidiatus fuit, *uti praedae leo c. a.*; 2) Retribuit *c. a.- p. vel* ل *p. Hamas. p.* 89. b) *Pass* رُصِدَ Imbre uno rigata fuit *terra.* IV Paravit, disposuit *alicuius causa rem c. a. r. et* ل *p. Kam. Dj.*; Retribuit alicui sive bonum sive malum sit. *Kam.* V Observavit oculis intentis et expectavit *c. a. r. Kam. Dj.*

رَصَدٌ *Coll. Pl.* أَرْصَادٌ Observatores; Insidiatores. *Kam.* (*ex Djeuharii sententia in plurali et singulari ut in masculino et feminino eadem forma adhibetur. Interdum tamen Pluralis formam* أَرْصَادٌ *adhibent.*) *Pl.* ارصاد Parva quantitas *pabuli aut pluviae. Kam.* بيت الرصد Observatorium; Vestigia pluviae terrae impressa. *Reisk. ad Gol.*

رَاصِدٌ *Pl.* رُصَّدٌ Observator, Insidiator. *Dj.*; *c. art.* Leo. *Kam.*

رَصُودٌ Exspectans donec alii potaverint, et captans locum, ut et ipse potet *camelus. Kam. Dj.*

رَصِيدٌ Observans; Captans occasionem, ut assiliat in praedam *fera. Kam.*

رَصْدَةٌ *Pl.* رِصَادٌ, أَرْصَادٌ Imber, uno pluviae impetu effusus. *Kam. Dj.*

رُصْدَةٌ Fovea facta ut capiatur leo. *Kam. Dj.*; Annulus aeneus vel argenteus in baltheo, de quo gladius suspenditur. *Kam. vid.* رصيعة.

رَصَّادٌ (*et* رَصَدِىٌّ *Mar.*) *Pers.* راه وان Viae custos et vectigalium pro transitu exactor. *Gol. ex Meid.*

الات الرصدية Instrumenta astronomica (*Fernröhre etc.*). *Abulph. hist. Dynast.* 329.

إِرْصَادٌ *In arte rhetor.* Ornatus quidam verborum qui ad sensum spectat, *quod nempe in prosa rhythmica aut versu vox quaedam praemittitur*, *ex qua in illa vox postrema periodi* فقرة *appellatae*, *in versu autem vox postrema versus cognosci potest*, *ex. gr. in Corani verbis* وما كان الله ليظلمهم ولكن كانوا انفسهم يظلمون *vox* ليظلمهم *indicat vocem sequentem* يظلمون; *in hoc versu autem* اذا لم تستطع شيا فدعه وجاوزه الى ما تستطيع *vox* تستطع *vocem sequentem* تستطيع *indicat. conf. Al-Moockhtusur Calcutt.* 1813. *p.* 575 *sqq. Et hic orna-*

tus تسنيم *quoque appellatur.* الات الارصاد Instrumenta astronomica (*Fernröhre etc.*). *Abulfar. p.* 89.

مَرْصَد *Pl.* مَرَاصِد Observationis et insidiarum locus. *Dj.*

مِرْصَاد Via. *Kam. Dj.*, eaque ampla. *Gol. ex Meid.*; Observationis, insidiarum locus, specula. *Kam.*

مَرْصَدَة Pluviae parva quantitate rigata *vel* parva pabuli quantitate tecta (*terra*), *vel* ea, quae pluvia pauca rigata est, ut parum produceret. *Kam.*

مَرْصُود *Fem.* ة Imbre uno rigatus ager. *Dj.*

رَصْرَصَ Firmavit *aedificium c. a. r. Kam.*; Stetit *aliquo loco c.* فى *l. Kam.*

رَصْرَاصَة Lapides circum fontem inter se iuncti. *Kam.*; Terra dura. *Kam.*

رَصَعَ *n. a.* رَصْع 1) Percussit manu *c. a. r. Kam.*; 2) Confodit cum vehementia *vel* ita, ut cuspis intus abderetur *c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* رِصَاع Inivit *feminam c. a. p. Kam.*; 4) Contrivit *grana* inter duos lapides *c. a. r. Kam.*; 5) *n. a.* رُصُوع Substitit *aliquo loco c.* ب *l. Kam.*; 6) Firmiter adhaesit, constitit *c.* ب *l.* b) رَصِعَ *n. a.* رَصَع 1) Macras habuit clunes et femora. *Kam.*; 2) Adhaesit *c.* ب *r. Kam. Dj.*; 3) Illitus fuit *odoramentis c.* ب *r. Kam.* II *n. a.* تَرْصِيع Composuit *rem cum altera c. a. r. et* ب *alt. Kam.*; Disposuit, definivit *c. a. r. Kam.*; Texuit modo, quo avis nidum parat *c. a. r. Kam.*; Auro inserto gemmisve texuit, ornavit, gemmavit *vestem*, *coronam c. a.* IV Cum vehementia confodit *c. a. Kam. Dj.* VI *Pl.* Congressi sunt inter sese libidinosi *passeres. Kam.* VIII Contrivit *grana* inter duos lapides. *Kam.*; Adhaesit *c.* ب *r. Kam.*; Propinqui fuerunt inter se *dentes. Kam.*

رَصَع *Coll. nom. unit. c.* ة Palmarum surculi. *Kam. Dj.* (*vel rectius cum* ص *scribitur*). *Kam.*

رَصِيع Nodus laqueoli codicis. *Kam.*

رَصَّاع Multum iniens feminas *vir. Kam.*

رَصِيعَة *Pl.* رَصَائِع Nodus obolo similis in medio habenae apud maxillae partem معذر appellatam. *Kam. Meid.*; Rotundum gladii ornamentum, *vel* Annulus rotundus ornamenti causa additus, sive sit in ense sive in sella aliave re; Omne ornamentum rotundum in loro. *Ibn Doraid. Aliis ipsum hoc plurale* Lora seu segmenta inter se plexa, pendentia de inferiore balthei parte. *Gol.*; Triticum lapide contusum, maceratum aqua et coctum cum butyro. *Kam.*; Locus ubi in dorso equi in extremitatibus suis costae una cum altera in seriem dispositae sunt et firmiter coniunctae. *Kam.*

أَرْصَع *Pl.* رُصْعًا *i. q.* أَرْسَع Macris clunibus femoribusque praeditus *homo. Kam.*; Abdita cuspide altius penetrans *confossio. Kam.*

تَرْصِيع Alacritas, hilaritas, laetitia. *Kam.* *In arte rhetorica* Paronomasia cuiusque vocabuli versuum, nempe ut mensura eadem sit et finis vocum idem. *Hoc saltem in duabus vocibus observetur necesse. Perfectum quid huiusmodi habes in hoc Haririi* وهو يطبع الاسجاع بجواهر لفظه ويقرع الاسماع بزواجر وعظه. *Respondet vox* يقرع *voci* يطبع *tam in mensura quam in littera finali. Et eodem modo sibi invicem respondent* اسماع *et* اسجاع; بزواجر *et* بجواهر; وعظه *et* لفظه. *Conf. Harir. p.* 8 *sch*, *ubi plura exempla sunt.*

مُرْصِع *Pl.* مَرَاصِيع Surculos habens *palma. Kam.*

مُرَصَّع *Fem.* ة Auro gemmisque ornatus *c.* ب *r. Kam. Dj.* مرصع الثنن Perplexos in calce crines habens *equus. Kam.*

مِرْصَاع Turbinis ludus. *Kam.*; Omne lignum, quo impellitur, protruditur. *Kam.*

رُصْغ *i. q.* رُسْغ. *Kam.*

رصاغ *i. q.* رساغ. *Kam.*

رَصَفَ *F. i. n. a.* رَصْف 1) Apposuit invicem, ordineque iunxit *lapides in loco ubi aqua fluit transeundi causa vel in aedificio c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Invicem attraxit, coniunxit *pedes preces faciens c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Nervum contusum ligavit circum *extremam sagittae partem*, ut infixa cuspis firmius teneretur *c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Convenit, decuit *aliquem res c.* ب *p. Kam. Dj.* b) رَصُفَ *n. a.* رَصَافَة Firmus et solidus fuit. *Kam.* II *Idem sign.* 1 *et* 3; *et quidem* bene: *atque* ita verba verbis iunxit. *Gol. ex Mar.* IV Miscuit vinum aqua a montibus super petram descendente (*i. e.* purissima aqua, ماء الرصف) *Kam.* VI *Plur.* Seriebus dispositi et iuncti steterunt *in acie. Kam. Djeuh.*

رَصَف *Coll. nom. unit.* رَصَفَة Lapides serie cohaerente in loco ubi aqua fluit transeundi causa dispositi. *Kam. Djeuh.*

ماء الرَّصَف Aqua a montibus descendens super petras (*de puriore aqua*). *Kam.*

رَصْفَاء Parvis, *vel* angustis genitalibus praedita ut eam attingere nequeat *vir* (*femina*). *Kam.*

رَصُوف *Id. Kam. Dj.*

رَصِيف Firmum, solidum *negotium. Kam. Dj.*, *responsum. Dj. item* Aemulus *et* eadem negotia quam alter perficiens. *Kam.* Alteri adsiduus socius eique sic ut lapis lapidi adhaerens. *Kam.*

رَصِيف *Pl.* رِصَاف Tendo *seu* nervus equi; *aliis Pluralis significat* Lateris ossa; *et forma* رصيف *Pluralem* رُصُف *habet. Kam.*

رَصَفَة *Pl.* رِصَاف Nervus qui adhuc recens contunditur, valideque volvitur circum extremam sagittae partem, quo firmius contineatur infixa cuspis. *Kam. Dj.*

رَصَافَة Firmitas *negotii*, *rei. Kam.*

رِصَافَة *et* رُصُوفَة Nervus recens contusus, qui valide ligatur circum extremam sagittae partem quo firmius infixa maneat cuspis. *Kam.*

رصافية Ornamentum capitis. *Jac. Schult. ad Gol.*

المُرْتَصِف Leo. مُرْتَصِف الاسنان Is cuius dentes invicem propinqui sunt. *Kam.*

مَرْصُوف Nervo obligata ad extremitatem *sagitta.*

مِرْصَافَة Malleus. *Kam.*

مَرْصُوفَة Parvis *vel* angustis genitalibus praedita, quae iniri nequit (*femina*). *Kam.*

ارتصق *i. q.* التصق.

مُرْصَق *et* جوز مرتصق Cuius medulla haud sine difficultate eximi potest nux. *Kam.*

رصم *n. a.* رَصَم Intravit in viam angustam inter montes. *Kam.*

رصن *F. o. n. a.* رَصْن 1) Absolvit, perfecit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Conviciatus fuit et perstrinxit *lingua c. a. p. et* ب *instr. Kam. Dj.*; 3) Firmavit; Vicit. *Gol. ex Mar.* b) رَصُن *n. a.* رَصَانَة Firmus ac stabilis fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْصِين *Scientia re* potitus fuit, Acu tetigit *c. a. r. Kam. Dicitur* رَصَّن الشىء معرفة. *In libro Asas appellato scriptum est, verba* رصّن الى هذا الخبر *significare* حقق. IV Firmavit *c. a. Kam. Dj.*

رَصَن Nomen plantae Lycopodii imbricati. *Forsk. Flor. Aeg. Arab. p.* cxxv *et* 187.

رَصِين Firmus, stabilis. *Kam. Dj.*; Dolens, aeger. *Kam.*; Benevolus, favens *rei alterius c.* ب. *Kam. Dj.* رصينان Extremitates nervi in poplite equi. *Kam.*

مِرْصَن Ferrum, quo cauterio signantur iumenta. *Kam.*

مَرْصُون Signatum cauterio aliterve *membrum. Kam.*

رضا Firmavit *c. a. Kam.* IV Mansit loco, non prodiens inde *c.* ب *l.*

رضّ *n. a.* رَضّ Contudit, fregit, comminuit in grossiores partes *c. a. r. Kam. Dj. Dicitur quoque* رُضَّتْ كبدى. *Harir. p.* 49. II *Idem* bene et intense. *Gol. ex Mar.* IV Gravis fuit et tarde se movit e loco suo. *Kam. Dj.*; *et contra* Vehementer cucurrit. *Kam.*; Crassum evasit *lac* · رثيئة *appellatum. Kam.* (*conf.* مُرِضَّة). V Fractus fuit in grossiores partes. *Gol. ex Mar.*

رَضّ *Coll.* Dactyli qui exemtis ossibus in lacte puro macerantur. *Kam. Dj.*

رُضَاض Pars rei in grossiores partes fractae. *Kam. Dj.*

رَضِيض Contusus, comminutus in grossiores partes. *Kam. Djeuh.*

أَرَضّ Semper sedens, ut loco non prodeat. *Kam.*

مِرَضَّة Tudes, quocunque quid contunditur comminuiturque. *Gol. ex Mar.*; *et spec.* Tribulum. *Gol. ex Meid.*; Dactyli, qui exemtis ossibus in lacte puro maccrantur. *Kam.*

مُرِضَّة Dactyli, qui exemtis ossibus in lacte puro macerantur. *Kam.*; Cibus potusve, qui sudorem elicet. *Kam.*; Lac crassum, cum recenti mixtum, quod paulo post crassescit, et separata pallidiore aqua, bibitur. *Dj.*

مَرْضُوض In grossiores partes contritus, comminutus. *Kam. Djeuh.*

رضب 1) Extremis labiis sorpsit *salivam mulieris amator c. a. Kam.*; 2) Vehementer decidit *pluvia. Kam. Dicitur etiam* رضبت السماء Pluviam vehementer effudit coelum.

Diw. Huds.; *pro* ربض In pedibus procubuit *pecus*. *Kam.*; V Extremis labiis sorpsit *salivam mulieris amator c. a. r. Kam.*

رَاضِبٌ Pluvia cum vehementia decidens, imber. *Kam. Coll. nom. unit. c.* ة Species arboris سدر appellatae. *Kam.*

رُضَابٌ Saliva, quae extremis sorbetur labiis. *Kam.*; *aliis* Pars salivae dum in ore est (*differt a* ريق). *conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 332 *ed. alt.*; Mica musci, *et* Partes nivis, sacchari, grandinis; Spuma mellis. *Kam.*; Roris partes in arbore. *Kam.*

رَضْبَةٌ *Nomen unit.* Una arbor ex specie quadam سدر appellata. (*In Kamuso esse nomen unitatis formae* راضب *dicitur, id quod fieri nequit.*)

مَرَاضِبُ (*In Kamuso Turcico est* مراضيب, *quae forma rectior mihi videtur a* مرضوب *derivanda.*) Salivae dulces amatorum. *Kam.*

رَضَحَ *F. a. n. a.* رَضْحٌ Confregit, comminuit *glaream, ossa dactylorum c. a. Kam. Djeuh.* V Fractus, comminutus fuit. *Kam. Dj.* VIII Excusavit se *de aliqua re c.* من *r. Kam.*

نَوَى ٱلرَّضْحِ . رَضِيحٌ Nuclei dum contunduntur in conspectum prodeuntes. *Kam.*

رَضْحٌ *Coll.* Comminuta dactylorum ossa. *Kam. Dj.*

رَضِيحٌ Lapide comminutum dactyli *os*. *Kam.*

مِرْضَاحٌ Lapis quo ossa dactylorum comminui solent. *Kam. Djeuh.*

مِرْضَحَةٌ Lapis quo dactylorum ossa comminuuntur. *Jac. Schultens. ad Gol.*

مَرْضُوحٌ Fractus, comminutus. *Kam.*

رَضَخَ *F. a. et i. n. a.* رَضْخٌ (*i. q.* رَضَحَ) 1) Contudit, confregitque *lapides c. a. r. Kam.*; 2) Lapidibus iecit *c. a. p. Dj.*; 3) Non magnum dedit *alicui* donum, quum multas opes possideret *c.* ل *p. et* ب *r. Kam. Dicitur* رضخ له من ماله رضخة; 4) Magna cum vi percussit *terram c. a. r. et* ب *instr. Kam.*; 5) Cornu petere coepit *hircus*. *Kam.* III Dedit invitus *rem c. a. r. Kam.*; *et* Unus in alterum lapides iecit *c. a. p. Kam.* V هم يترضخون الخبر Illi nuntio fidem non habent (*in Kamuso Turcico est* يرتضخون). *Kam.* VI *Pl.* Lapidibus se invicem petiverunt. VIII هو يرتضخ لكنة عجمية Quum inter barbaros adolevisset, tum ad Arabes transtulisset, in verbis se barbarum ostendit, quamvis hoc evitare cupiat.

رَضْخٌ Donum haud magnum. *Dj.*; Nuntius cui aliquis fidem non habet. *Kam.*

مِرْضَاخٌ (*i. q.* مِرْضَاحٌ) Lapis super quo *vel* quo comminuuntur dactylorum ossa. *Kam. Hamas. p.* 615.

رَضَدَ (*id quod* رثد) Invicem apposuit *vasa*. VIII *Pass. Kam.*

رَضْرَضَ Fregit, *pec.* contundendo in grossiores partes. *Kam. c. a. r.* II *Pass.*

رَضْرَضٌ Glarea *vel* glarea parva. *Kam.*; Solum glarea obtectum et stratum. *Kam.*

ابل رَضَارِضُ Cameli libere pascentes et quasi comminuentes herbas. *Dj.*

رَضْرَاضٌ Glarea *vel* glarea parva. *Kam. Dj.*; Solum glarea obtectum et stratum. *Kam. Dj.*; Guttae parvae pluviae. *Kam.*; *Fem.* ة Carnosus *de hominibus, camelis. Kam. Dj.* Tremens pinguedine *natis*. *Kam.*

رَضْرَاضِيٌّ Saxatilis *piscis*. *Gol. ex Avic.*

رَضَعَ (*F. a. n. a.* رَضَاعٌ; *sed incolae regionis Nedj dicunt* رَضِعَ *F. i. n. a.* رَضْعٌ. *Dj.*; *Ibn Doraid. in lexico adnotavit* رَضَعَ *F. a. n. a.* رَضْعٌ *et* رَضَاعٌ *incolis superioris regionis* (العَلْوِيَة) *proprium esse*; *sed* رَضِعَ *F. i. incolis regionis Nedj*) *F. a. et i. n. a.* رَضْعٌ, رَضَعٌ, رِضَعٌ, رَضَاعٌ, رِضَاعٌ, رَضَاعَةٌ, رِضَاعَةٌ. *Kam.* 1) Suxit, lactebat *matrem c. a.* (*in hominibus adhibetur*). *Kam.*; Cum lacte suxit hausitque *aliquid c. a. Gol.*; *inde* 2) Petiit, rogavit mendicando *c. a. p. Kam.*; 3) رَضُعَ *F. a.* Vilis, ignobilis fuit. b) رَضُعَ *n. a.* رَضَاعَةٌ Vilis, ignobilis fuit. *Kam.* III *n. a.* رِضَاعٌ, مُرَاضَعَةٌ Lactandum dedit nutrici *infantem c. a. p. Kam. Dj.*; Suxit matrem praegnantem. *Kam. Dj.*; Collactaneum habuit *c. a. p. Kam.* IV Lactavit *mater c. a. p. Kam.* VIII Suxit lac ex uberibus suis *capra*. *Kam. Dj.* X Quaesivit petiitque lactantem, seu nutricem, quae lactaret infantem. *Kam.*

رَضْعٌ Arbores quas depascuntur cameli. *Kam.*; Apum foetus. *Diw. Huds.*

رَضْعٌ Vilitas, ignobilitas *viri*. *Kam.*; Parvae palmae earumve surculi. *Kam.*

رَضَعٌ *Pl.* رُضُوعٌ Sugens. *Kam.*; Vilitas, ignobilitas *viri*.

رَضْعٌ Parvae palmae earumve surculi. *Kam.*

رَاضِعٌ *Pl.* رُضَّعٌ Lactens, sugens. *Kam.*; Petens, rogans mendicando. *Kam.*; Qui lac pecoris sui lactendo haurit, ne quis mulgentis strepitu audito accedat, ut bibendum quid petat. *Dicunt* لَئِيمٌ رَاضِعٌ. Pastor, qui mulctrum secum non portat, ut praetextus sit cur roganti lac recuset; Qui cibi particulas inter dentes relictas edit. *Kam.* *Inde* Vilis, ignobilis, avarus et sordidus. *Kam.*

رَضِيعٌ *Pl.* رُضَعَاءُ Vilis, ignobilis. *Kam.*; Frater, *propr.* Collactaneus. *Kam. Dj.*

رَضَّاعٌ Vilis, ignobilis. *Kam.*

رَاضِعَةٌ *Pl.* رَوَاضِعُ *Dual.* رَاضِعَتَانِ Dens anterior, quales duo lactentibus subnasci solent. *Kam. Dj.* *Dicitur* سقطت رواضعه.

رَضَاعَةٌ Ventus دبور appellatus *vel* inter hunc et Austrum flans. *Kam.* اخ من الرضاعة Frater collactaneus. *Dj.*

رَضُوعَةٌ Lactentem agnum habens *ovis*. *Kam. Dj.*

مَرْضَعٌ *Pl.* مَرَاضِعُ Uber; *et* Locus ubi lactatur. *Gol. ex Kesj.*

مُرْضِعٌ (*sine signo feminini*) *Plur. apud poetas usitat.* مَرَاضِيعُ Lactentem foetum habens *mater*. *Kam.* *Addunt autem signum feminini*, *si significat* Sugenda ubera offerens infanti. *Kam. Dj.*

مُسْتَرْضَعٌ Nutritus.

صِلَالَة *Pl.* أَصِلَّة Interior pars ocreae; *aliis* Ocreae superior pars. *Kam.*

صُلَّيَان *Coll. cum* ة *unit.* Nomen oleris, *cuius apud poëtas frequens mentio. Kam. Dj.*

مِصْلَال Sonum edens, *de luto sicco. Dj.*

مُصَلِّل Dominus generosus, nobilis. *Kam.*; Pluvia copiosa. *Kam.*; Ocrearius. *Kam.*

مِصَلَّة Vas, in quo purificatur *potus. Kam.* (*Vocabulum Iemanensibus proprium. Ibn-Doraid.*)

صَلَبَ *F. i. n. a.* صَلْب 1) Crucifixit *c. a. p. Kam. Dj.*;

Duplici cruce munivit *urnam c. a. Kam.*; 2) Assavit *carnem c. a. Kam.*; 3) Eduxit *ex ossibus* medullam *c. a. oss. Kam.*; 4) *F. i. o.* Combussit *c. a. Kam.*; 5) Continuo occupavit *aliquem febris* et vehemens fuit *c.* على *p. Kam. Djeuh.* b) صَلُبَ Durus fuit. *Kam.* c) صَلَبَ *n. a.* صَلَابَةٌ Durus et fortis, robustus fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَصْلِيبٌ Crucifixit *c. a. p. Kam.*, *et quidem* multum. *Dj.*; Formavit in crucem, cruce insignivit *c. a. Kam.*; Durum reddidit *c. a. r. Kam.*; Signum crucis fecit. *Hamak. Waked. p.* 114. *l.* 13 *text. Ar.*; Aridus evasit *mollior dactylus. Kam. Dj.* IV Stetit capite extenso versus coelum *camela*, ut pullo lac emitteret. *Kam.* V Durus, fortis fuit. VIII Elicuit pinguedinem *ossium* medullamve *c. a.*, *scil. in obsonium aut in cibi condituram. Dj.*

صُلْبٌ *Fem.* ة Durus. *Kam. Djeuh.* صُلْبُ العصا Durum imperium exercens; Patienter laborem ferens, *de iumentis. Plur.* أَصْلُبٌ, أَصْلَابٌ, صِلَبَةٌ Spina dorsi. *Kam.*; Dorsi pars vertebris constans. *Dj.* من صلب ماله Ex suis ipsius opibus. *Abulf. Ann. T. II. p.* 96. ابن صلبه Filius ex ipso natus. *Pl.* صِلَبَةٌ Locus asper et lapidosus. *Kam. Dj.*, *et* in longum protensus. *Gol. ex Meid.*; Nobilitas generis. *Dicitur* هو كريمُ الصلب. *Kam. Dj.*; Robur, vires. *Kam.*; Quaecunque res media. *Reisk. ad Gol.*

صَلَبٌ Medulla. *Kam.*; Spina dorsi. *Dj.*; Lumbus (*pro* صُلْبٌ). (*Enuntiandi modus Tamimitis proprius. Ibn-Doraid.*); Pars terrae dura et salebrosa. *Dj.*

صُلَبٌ Avis cuiusdam nomen. *Kam.*

صُلَّبٌ Durus. *Kam. Dj.*; Lapis, super quo acuitur ferrum. *Kam.*

صَالِبٌ Lumbus; *et contr.* πῶ نافض Febris fervens. *Dj.*; Tremorem edens *febris. Kam.*

صَلِيبٌ Durus. *Kam. Dj. Pl.* صُلُبٌ (*Dj.*), صُلْبَانٌ (*Kam. Dj.*) Crux. *Kam.*; Signum, quo cameli notantur. *Kam.*; Vexillum. *Kam. Inde apud Graecos* Agmen decem millium militum. *Historia Halebi et Locman. fabul. p.* ۴۲. *l.* 5. 8. *Plur.* صُلُبٌ Crucifixus. *Kam.*; Medulla ossium. *Kam. Dj.*; Quatuor stellae pone Lyram. *Dj.* (*quod pro errore habet Firuzabadius*), pone Aquilam. (*In Delphino sunt* stellae α, β, γ, δ. *conf. Ideler Unters. p.* 110.) ذو الصليب Cognomen Alachthali Taghlebitae. *Kam.* الصليب الواقع Stellarum nomen in capite draconis. *conf. Ideler Unters. p.* 35.

صَلَابَةٌ Durities, robur.

صُلَّبِيٌّ Is, quo acuitur et politur. *Kam.*; Lapis, super quo acuitur ferrum. *Kam.*; Acuminatus. *Dicitur* سِنَانٌ صُلَّبِيٌّ. *Dj.*

صُلَّبِيَّةٌ *Id. Kam. Dj.*

تَصْلِيبٌ Modus quidam, quo mulier caput tegit. *Kam.*

مُصَلَّبٌ Crucibus notatus *pannus. Dj.*; Acuta reddita *cuspis. Dj.*

مُصَلِّبٌ Induratus et aridus factus ex molliore *dactylus. conf.* مُصَقِّرٌ. *Kam. Dj.*

مصلب *F.* ة Mixtus cum medulla (صليب). *Meid.*

مَصْلُوبٌ *Pl.* مَصَالِيبُ Crucifixus. *Kam.* مَصْلُوبٌ عَلَيْهِ Correptus ardentiore febri. *Dj.*

صُلْبُوبٌ Fistula. *Kam.*

صَلَتَ 1) Percussit *ense c. a.*; 2) Effudit, *quod in scypho esset c. a. r. Dj.*; 3) Ad saltum, qui ركض appellatur, excitavit *equum c. a. Kam. Dj.*; 4) *F. i.* Parum pinguedinis, at multum aquae habuit *lac vel insculum. Dicitur* جاء بلبنٍ يَصْلِتُ. *Dj.* b) صَلُتَ *n. a.* صَلَاتَةٌ Amplus, exporrectus, splendens, *de fronte.* IV E vagina eduxit *ensem c. a. Kam.* VII Abiit, praevertit in incessu; In cursum effusus fuit. *Kam. Djeuh.*

صَلْتٌ Patens et exporrectus, splendens (*de fronte*); *aliis* Prodiens, rectus, aequabilis. *Kam. Dj.*; Ensis politus et acutus. *Kam.*; *vel* E vagina eductus *ensis. Dj. Interdum* Non pilosus. *Hamas. p.* ۵۳۹; Magnus culter. *Kam.*; Vir agilis in peragendis rebus. *Kam. Dj.*

صِلْتٌ Fur. *Kam.*

صُلْتٌ E vagina eductus, *de ense. Dj. Pl.* أَصْلَاتٌ Magnus culter. *Dj.*

صَلَتَانٌ (*Pl.* صِلْتَانٌ. *Meid.*) Agilis et acer *equus. Kam.*; Robustus, *de asinis. Dj. Interdum* Non pilosus. *Hamas. p.* ۵۳۹.

أصْليت Politus *et* valde acutus *gladius. Kam. Dj.*, *aliis* e vagina eductus. *Harir. p.* ٣٣١.

أصْلتى Vir acer et agilis in peragendis rebus. *Kam. Dj.*

مِصْلَت *Id. Kam.*

مُصْلَت Evaginatus *ensis. Dj.*

مِصْلَات *Pl.* مَصَالِيت Vir acer et agilis in peragendis rebus. *Kam. Dj.*

مُنْصَلِت *Id. Kam. Dj.*; *et* Politus, valde acutus *ensis. Kam.*

مصالتة *Quod aliquis poetae versum nulla re in eo mutata sumit et sibi arrogat. Harir. p.* ٣٣٢.

صَلَجَ 1) Liquavit *argentum c. a. r. Kam.*; 2) Defricuit *penem c. a. Kam.*; 2) Percussit *fuste c. a. et* ب. *Kam.* VI Surditatem simulavit. *vide* صلخ. *Kam.*

صَلَج Surditas. *Kam. conf.* صَلَخ.

صُلُج *Pl.* Probi nummi. *Kam.*

صُلَّج *Coll.*, *nom. unit.* صُلَّجَة Bombyx.

صَوْلَج Argentum; *et cum* ة Purus, sincerus. *Kam.*

صَوْلَج *Derivatur in libro Anthologie Arabe p.* 104. *l.* 7 *a voce* صولجان, *ut significet*: Curvus fuit sicut instrumentum صولجان. *conf. p.* 267; *at mihi potius derivandum videtur a voce* صَوْلَج, *ut significet*: Argenteus fuit.

صَلِيجَة Pars argenti pura. *Kam.*

أَصْلَج Durus, glaber; Surdus (*non est vox errore ex* اصلخ *orta*). *Kam.*

صَلَحَ *F. a. n. a.* صُلُوح Recte se habuit *res*; Integer, probus fuit *homo*; Convenit, idoneum, aptum *alicui* fuit *c.* ل *p. Dicitur* هذا يصلح لك Hoc tibi convenit. *Kam. Djeuh.* b) صَلُحَ *Id. Kam.* III *n. a.* صِلَاح, مُصَالَحَة Pacem fecit *cum aliquo*, composuit *rem c. a. p. Kam.* IV Integrum reddidit, concinnavit, aptavit; *et de instrumentis musicis*, *quod apud nos* stimmen *appellatur. Tausend und eine Nacht. T. I. p.* ١٧٣. ١٨٢ *ed. Habicht.*; Correxit, emendavit, reparavit *c. a. Kam. Djeuh.*; Benefecit *alicui*, benemeritus *de aliquo* fuit *c.* الى *p. Kam.* VI اِصَّالَحَ *et* تصالح (*de plurib.*) Pacem inter se inivere, in gratiam redierunt. *Kam. Djeuh.* VIII اِصْتَلَحَ *et* اِصْطَلَحَ *Id. Kam. Dj.*; *et* Inter se convenerunt *de re c.* على *r.* X Optavit, ut res bona, integra esset; Putavit, rem esse bonam, integram. *Kam. Dj.*; Bene accidit, placuit; Pacem, *et* ut rem concinnaret, quaesivit, petiit, *Gol.*

صَلْح Integer, perfectus. *Kam.*

صُلْح *comm. gen.* Pax. *Kam. Dj.* صُلْحًا Pace facta, *i. e.* per deditionem *cepit urbem*.

صَالِح *Plur. san.* Integer, bonus. *Kam.*, ab omni corruptione liber; Probus *vir*. *Quodsi vox locum adiectivi tenet*, صالح *scribatur*, *necesse est*; *sin autem nominis proprii*, صَلِح. *De Sacy Anthol. Ar. p.* 67 *t. Ar.*

صَلَاح Status integer, bonus. *Kam.*

صَلَاحِ *et* صَلَاحٌ Nomen Meccae. *Kam.*

صُلُوح Status integer, bonus. *Kam.*

صَلِيح *Pl.* صُلَحَاء Integer, bonus. *Kam.*

الصالحيّة Nomen sectae a viro الصالحى appellato originem petentis, quae statuit, mortuum visu et auditu, robore et sciendi vi non carere, liberamque esse substantiam accidentibus (اعراض). *Tarifat.*

اِصْطِلَاح Significatio vocis arte recepta, usus technicus. *Tarif.*

اِصْطِلَاحَة Modus agendi cuilibet homini proprius. *Plur.* Artificia.

اِصْطِلَاحِى Technicus.

مُصْلِح Reparans, bene agens.

مَصْلَحَة *Pl.* مَصَالِح Causa status boni, integritatis utilitas, commodum, res conveniens. *Kam. Dicitur* رأى الامام المصلحة فى ذلك; Quaedam res in canali constructa, qua aqua retinetur (catarrhacta *etc.*).

مصلحية Negotium vulgare et commune. *Reisk. ad Gol.*

صَلَخ Surditas.

صَالِخ *nempe* سَالِخ صَالِخ Erodens *scabies. Kam.*

داهية صَلُوخ Exitiale malum. *Kam.*

أَصْلَخ Surdus omnino. *Kam.* (*cuid. dialecto propria vox.*

Ibn-Doraid.). *Fem.* صَلْخَاءُ *Plur.* صَلْخَى Scabiosus *camelus. Kam.*

تَصَالَخَ Surdum se simulavit. *Kam.* IX In latus decubuit. *Kam.*

صَلَاخِدٌ, صِلَّخَادٌ, صِلَّخْدٌ, صَلَّخْدٌ, صِلَّخْدٌ, *et* صَلَّخْدَى *Fem.* صَلَّخْدَاةٌ *Plur.* صَلَاخِدُ Validus, robustus, *aliis* Validus cursu, means *camelus. Kam. Dj.*

صَلَّخْدَمٌ Validus, robustus. *Dj.*

نَاقَةٌ صَيْلَخُودٌ Dura ac robusta camela. *Kam.*

اصْلَخَدَّ Erectus stetit. *Kam. Dj.*

صَلَّخْفٌ Utensile iumenti et viri. *Kam.*

قَصْعَةٌ صَلَّخْفَةٌ Scutella ampla, lata. *Kam.*

صَلَخْمٌ Penetrans, vehemens. *Kam.*; Arduus, inaccessus, *de monte. Kam.*

صِلْخَامٌ Longus, *aliis* Durus, robustus, *de camelo. Kam.*

صِلْخَمٌ Penetrans, vehemens. *Kam.*

اصْلَخَمَّ Erectus constitit. *Kam.*; Iratus fuit. *Kam.*

مُصْلَخِمٌ Arduus, inaccessus, *de monte. Kam.*

مُصْلَخَمٌّ Penetrans, vehemens. *Kam.*

صَلَدَ *F. i.* 1) Dura fuit *terra. Kam.*; 2) *n. a.* صُلُودٌ Sonuit percussum *ignitabulum*, nec emisit ignem. *Kam.*; 3) Striduerunt *dentes. Kam.*; 4) In cursu terram pedibus anterioribus percussit *equus. Kam.*; 5) Ascendit *per montem c.* ڤ. *Kam.*; 6) Micuit *calvities seu calva. Gol.* b) صَلُدَ Avarus fuit. *Kam.* II *n. a.* تَصْلِيدٌ Avarus fuit. *Kam.* IV Dura fuit *terra. Kam.*; Habuit ignitabulum, quod percussum non emittit ignem *Kam. Harir.*; Non emisit ignem *ignitabulum. Hamas. p.* ۴۰۷.

صَلْدٌ Nil producens, *de terra, petra. Hamas. p.* ۴۰۷; Avarus. *Hamas. p.* ۹۱۸.

صَلْدٌ *et* صَلِدٌ *Pl.* أَصْلَادٌ Durus, glaber. *Kam. Dj. Et dicitur* أَرْضٌ صَلْدٌ *et* جَبِينٌ صَلْدٌ. *Djeuh.*; Sudorem non emittens *equus. Kam.*, *qui sequioris esse naturae solet.*

نَاقَةٌ صَلْدَةٌ Robusta camela. *Kam.*

صَلُودٌ Sudorem non emittens *equus. Kam. Dj.* (*quod vituperatur*); Durus, aridus. *Djerir. Hamas.*, *de petra dura et arida. Reisk. ad Gol.*; Ignem non emittens *ignitabulum. Hamas. p.* ۹۱۹; Olla tarde bulliens. *Kam. Dj.*; Parum lactis habens *camela. Kam. Dj.*; Ob metum in montem adscendens. *Kam.*; Separatus. *Kam.*

صَلِيدٌ Separatus. *Kam.*; Fulgens, splendens. *Kam.*

صَلَّادٌ Pro ignitabulo non adhibendum, quum ignem non emittat, *lignum. Kam.*

صَلْدَاءُ Salebrosa *terra. Kam.*

صَالِدَةٌ *Pl.* صَوَالِدُ Stridens *dens. Kam.*

صِلْدَامٌ Robustus. *Djerir.*

صَلَوْدَدٌ Durus, glaber. *Kam.*

صَلْدَاءَةٌ Terra dura, salebrosa. *Kam.*

أَصْلَدُ Avarus. *Kam. Dj.*

مُصْلَدٌ Mulsum in vas sordidum, pinguedine contaminatum, ita ut non spumet, *lac. Kam.*

نَاقَةٌ مُصْلَادٌ Parum lactis habens post foetum editum camela. *Kam.*

مُصْلَادَةٌ Parum lactis habens *camela. Kam.*

صَلْدَحٌ Lapis largus. جَارِيَةٌ صَلْدَحَةٌ Puella largo corpore praedita. *Kam.*

صَلَوْدَحٌ Durus, robustus. *Kam.*

نَاقَةٌ صَلَنْدَحَةٌ (*et* صَلَنْدَحَةٌ) Camela robusta, valida. *Kam.*

صِلْدِمٌ *Fem.* ةٌ *Plur.* صَلَادِمُ Robusta et dura ungula praeditus *equus. Kam.*; Leo. *Kam.*

صِلْدَامٌ Leo. *Kam.*

صِلَّوْرٌ Piscis جِرِّيٌّ appellatus, *cuius nomen apud Persas est* مارماهي. *Kam.*

صَلْصَلَ *n. a.* صَلْصَلٌ, صَلْصَلَةٌ 1) Sonuit *res*; Sonum ex-

tensum et iteratum edidit *fraenum. Kam. Dj.*; Clarum fragorem edidit *tonitru. Kam.*; 2) Comminatus fuit, terruit; 3) Produxit cum iactantia *sermonem*, ut ingenium ostenderet *c. a. r. Kam.*; 4) Occidit ducem exercitus. *Kam.* II Sonum extensum et iteratum edidit *fraenum. Kam. Dj.*; Ita sonuit *monile et tonitru. Kam. Dj.*; *item* Siccum evasit *lutum* et prae duritie resonuit; Siccum habuit lutum *piscina. Kam. Dj.*

صُلْصُل Antiae in fronte equi, *aliis* Album in iuba equi. *Kam.*

صُلْصُل Fragorem edens *asinus. Kam. Pl.* صَلَاصِل Antiae in fronte equi, *aliis* Album in iuba equi. *Kam. Dj.*; Avis. *Kam.*, *aliis* Palumbes (فاختة). *Kam. Dj.*; Poculum, *aliis* poculum parvum. *Kam.*; Pastor solers. *Kam.*; Locus in dorso equi et iugulo, ubi pili deciderunt. *Kam.*; *item etiam cum* ة Pars aquae oleive residua *in imo stagno vel vase. Kam.*

صُلَاصِل Fragorem edens *asinus. Kam.*

صَلْصَال *Id. Kam.*; *tum* Lutum, antequam ex eo opus figulinum confectum est; *aliis* Lutum purum cum arena commixtum. *Kam.*

صَلْصَلَة Aqua residua in stagno, *et de* oleo *etc. superstite. Kam.*

صُلْصُلَة *Id. Kam. Dj.*; *et* Columba. *Kam.*; Caesaries وفرة appellata. *Kam.*

مُصَلْصِل Dominus generosus, nobilis. *Kam.*

مُصَلْصِل Fragorem edens *asinus. Kam.*

مُتَصَلْصِل Quod exaruit *lutum*: *uti* فَخَّار quod igne induruit. *Djeuh.*

صَلَّطَ *n. a.* تصليط *i. q.* سلّط. *Kam.*

صَلْطَح Crassus, corpulentus. *Kam.*

صَلْطَحَة Lata. *Kam.*

صُلَاطِح Amplus, largus. *Dicitur coniunctim* صُلَاطِح بُلَاطِح.

اِصْلَنْطَح Amplus, latus fuit, *de alveo. Kam.*

مُصْلَنْطِح Amplus, largus. *Kam.*

صَلِعَ (*conf.* نزع) *F. a.* Calvus fuit in anteriore capite. *Kam.*

II *n. a.* تَصْلِيع Excusavit se. *Kam.*; Expandens manus deposuit alvum. *Kam.*; Prodiit nil terrae super corpore habens *serpens. Kam.* V *et* VII Oriri coepit, *aliis* Prodiit extra nubem *sol*, *aliis* Ad coeli culmen pertigit. *Kam.* VIII Conspurcatus fuit. *Reisk. ad Gol.*

صَلَع Calvities. *Kam.*

صُلْع Locus nihil herbarum producens: *uti nec pilos habet locus calvus*; Saxum latum, durum. *Kam.*

صِلَاع Aestus *solis. Kam.*

صُلْعَة Calvitiei locus. *Kam. Dj.*

صُلَعَة Lapis glaber. *Meid.*

صَوْلَع Nitens *cuspis. Kam.*

صَلِيع Plantis nudus *mons. Kam.*

صُلَّاع Saxum latum, durum. *Kam.*; (*nom. unit. c.* ة) Locus plantas non producens. *Kam. Dj.*

صُلَيْعَاء Malum manifestum, *aliis* Infortunium grave. *Kam.*

أَصْلَع *Fem.* صَلْعَاء *Plur.* صُلْع *et* صُلْعَان Calvus (in anteriore capitis parte. *Dj.*) *homo. Kam. De arenis plantas non producentibus adhibetur. Hamas.* الاصلع Serpens tenui collo praeditus, ita ut caput eius nuci simile sit. *Kam.*; Niteus *cuspis. Kam. Fem.* Delapsis ramorum capitibus nudum *spinae genus. Dj.*; *et* صَلْعَاء Infortunium, malum. *Kam. Dj.*; Plantis nuda *terra vel arena. Kam.*; Arboribus nuda (*de arena*). *Dj.*

أُصَيْلِع Veretrum. *Kam.*; Gracili collo praeditus serpens: *ac si caput habeat nucis instar. Kam. Hamas.*

صَلْعَمَ *Vox, cuius singulae litterae significant* صلّى الله عليه وسلّم. (*Quas voces post Muhammedis seu legati divini nomen bene precantes enunciare solent Muhammedani.*)

صَلَغَ *Id. quod* سَلَغَ *n. a.* صُلُوغ, *de ove.*

صَلَغ Mons, collis ruber. *Kam.*

صَالِغ *Pl.* صُلْغ *et* صَوَالِغ *de ove et ariete idem quod* قارح *de equo. Dicitur* شاة صَالِغ *et* كباش صُلْغ *et* كباش صَوَالِغ. *Kam.*; *aliis* Annum quintum vel sextum ingressa, sexennis *bos*; *et* صالغ سنة *vel* صالغ سنتين Anniculus, *vel* bimus *etc.*; Annosus caper montanus. *Reisk. ad Gol.*

صَلْغَة Navis magna. *Kam.*

صَلْغَة Quartum annum agens et pinguis, *de camelis*, *aliis* sextum annum agens. *Kam.*

صلغد Excoriatum et rubrum habens nasum. *Kam.*

صَلِفَ *F. a. n. a.* صَلَف 1) Haud salutaris fuit, ut corpus ex eo incrementum non caperet, *cibus. Kam.*; 2) Ingrata fuit, nec placuit marito, quamvis se bene gereret, *mulier*; Ingrata ac invisa locutus fuit *cum aliquo c.* ل *p. Kam. Dj.*; 3) Attribuit sibi, quod non haberet, falso gloriatus fuit. *Kam. Dj.*; Elegantiam et ingenium maius, quam quo praeditus fuit, ostendere cupivit. IV Graviter anhelavit. *Kam.*; Parum habuit boni in se. *Kam.*; Odit *c. a. p. Kam.* اصلف الله رُفْغَكِ Invisam te reddat Deus marito tuo! *Kam. Dj.* V Blanditus fuit. *Kam.*; Operam dedit, ut elegantiam ingeniumque maius, quam quo praeditus fuit, ostenderet. *Kam. Dj.*; Fastidivit plantas dulces cupiens amariores *camelus. Kam.*; Incidit in locum durum (صلفاء) *gens. Kam.*; Duriore animo fuit. *Fakih. Alchol. p.* 142. *l.* 1 *infr.*

صَلَف *nom. unit. c.* ة Vacuum in interiore medulla palmae. *Kam.*

صَلِف *Plur.* صَلِفُون, صُلَفَاء, صَلَافَى Falso glorians, *aliis* Elegantiam et ingenium maius, quam quo praeditus fuit, ostendere cupiens. *Kam.*; Is, cui non est auctoritas. *Meid.*; Vas ponderosum. *Kam.*; Cibus sine gustu; Parum aquae continens *vas. Kam. Dj.*; Multum tonitru et parum pluviae emittens *nubes. Kam. Djeuh. Prov.* رُبَّ صَلِف تَحْتَ الراعدة, *quod in eum adhibetur, qui minatur, sed minas non exsequitur, vel in avarum, vel gloriosum. Kam. Dj. Sed in Haririi opere p.* ۴۹۴ صَلَف *scriptum est* paucitas pluviae.

صَالِف Montis nomen, *apud quem tempore ante Muhammedem iureiurando mutuo fidem adstringere solebant. Kam.*

صَلِفَة *Pl.* صَلِفَات *et* صَلَائِف Ingrata marito, quamvis bene se gerat *mulier. Kam. Dj.*

صَلِيف Latior pars colli. *Kam. Dj.* صَلِيفَان Duo eius latera. *Kam. Dj.*, *vel* Superior pars vertebrae, quae caput tangit et duas fissuras habet. *Kam.*; Duo ligna transversa in sella camelina, ad quae annectuntur res محامل appellatae. *Kam. Dj.*

صَلْفَاءُ Terra salebrosa, dura; *aliis* Petra plana et aequalis. *Kam.*

أَصْلَف *Fem.* صَلْفَاءُ *Plur.* أَصَالِف *et* صَلَافَى Durus, *de terra. Kam. Dj.* الصَّلْفَاءُ Terra salebrosa, dura; *aliis* Petra plana et aequalis. *Kam. Dj.*; Magis vanum, perditum, frustraneum. *Reisk. ad Gol.*

مُصْلِف Is, cui placere nequit uxor, licet sit obsequiosa. *Kam.*

صَلْفَح Vertit *drachmas c. a. r. Kam.*

صَلَافِح *Pl.* Nummi argentei (*drachmae*). *Kam.*

صَلَنْقَح Clamosus.

مُصَلْفَح Largo capite praeditus. *Kam.*

صَلْفَع *n. a.* صَلْفَعَة 1) Amputavit *caput c. a. Kam. Dj. Dicitur* صلفع علاوته; 2) Rasit *caput c. a. Kam.*; 3) Pauper, inops evasit. *Kam. Dj.*

صَلَقَ *F. i.* (*conf.* سلق) 1) Vehementem edidit sonum. *Kam. Djeuh.*; 2) Percussit *fuste aliquem c. a. p. et* ب *instr. Kam. Dj.*; 3) Stratam subegit *puellam c. a. Kam.*; 4) Gravi incursu oppressit *hostem c. a. Kam.*; 5) Calore ussit *sol c. a. p. Kam.* IV Vehementem edidit sonum. *Kam. Dj.* V Vexata parturiendi dolore exclamavit *mulier. Kam. Djeuh.*; In ventrem dorsumque volutavit se (*ut prae dolore fit*) *iumentum. Kam.* VIII Striduit *dentibus admissarius. Dj.*

صَلْق Sonus vehemens. *Dj.*

صَلَق (*ut* سَلَق) *Pl.* أَصْلَاق, *et inde Pl.* أَصَالِق Campus planus et aequalis. *Kam. Dj.*

صَلِق *Idem quod* صَلْق. *Reisk. ad Gol.*

صولق Zona. *Taus. u. eine Nacht. T. II. p.* ١٥٧. ١٥٨ *plur. locis.*

صَلَّاق Disertus, voce validus *orator. Kam.*

صَلِيق Glaber. *Kam.*

صَلَاقَة Aqua eodem loco diu manens et a iumentorum pe-

dibus laesa, ut impura sit habenda. *Dicitur* لا يتوضأ من الصلاقة. *Kam.*

صلنقى *et* صلنقاء Multiloquus. *Kam.*

صلقات *Pl.* Dentes *admissarii* stridentes. *Dj.*

صليقة *Pl.* صلايق Caro ad mollitiem assata. *Kam.*; *et* الصلايق Panis tenuis, *aliis* Carnes ad mollitiem assatae. *Dj.*

مصلق Disertus, voce validus *orator. Kam.*

مصلاق *Id. Kam.*; *Pl.* مصاليق Saxa crassa. *Kam.*; Celeres, leves *cameli. Kam.*

مصلوقة *Fem.* A iumentorum pedibus laesa, ut impura sit habenda, *de aqua. Kam.*

صلقاب Is, cuius dentes semper fricando invicem acuminantur. *Kam.*

صلنقح *Idem quod* صرنقح. *Kam.*

صلقع *n. a.* صلقعة *i. q.* صلفع; *tum* Intendit *vocem c. a.*

صلقع *nempe* صلقع بلقع Vacuus. *Kam.*

صلنقع Vehemens *sonus. Kam.*; Acer, audax, negotia perficiens. *Kam.*; *item* Vacuus, desertus. *Dicitur* طريق صلنقع بلنقع. *Kam.*

صلقم (*quibusdam littera* م *addita est radici*) Frenduit dentibus. (*conf.* صلقات). *Kam. Dj.*

صلقم Frendens; Leo. *Kam.*; Crassus *camelus. Kam.*

صلقم Vetula annosa. *Kam. Dj.*; Crassus. *Kam.*

صلقام Leo. *Kam.*; Crassus *camelus.*

صلاقيم *Pl.* Capita. *Kam.*; Dentes, *pec.* quadrupedum, *et qui* canini *dicuntur. Kam.*

صلك Humor, qui primum ante colostrum ex ovium uberibus effluit. *Kam.*

صلك *n. a.* تصليك Nodo صرار appellato constrinxit in uberibus *camelum. Kam.*

صلم *F. o.* (*Dj.*) *F. i.* (*Kam.*) Radicitus excidit, *aliis* mutilavit auribus nasoque *c. a. p. Kam.* II *n. a.* تصليم *Idem.* VIII Exstirpavit, eradicavit *c. a. Kam. Dj.*; Amputavit *aures. Reisk. ad Gol.*

صلم Viri validi, fortes et acres. *Kam.*

صلمة Galea. *Kam.*

صيلم Res gravis et periculosa. *Kam.*; Infortunium. *Kam. Dj.*; Ensis. *Kam. Dj.*; Quod semel tantum viginti quatuor horarum spatio cibus sumitur. *conf.* صيرم. *Kam.*

صلام Medulla loti fructus. *Kam.*

صلام *Id. Kam.*

صلامة, صلامة *Plur.* صلامات Agmen hominum separatum ab aliis. *Kam. Dj.*

صيلمة Perdens omnino, exstirpans, *de proelio. Kam.*

اصلم Is, cui radicitus excisae sunt aures, *de viro. Kam. Dj.* الاصلم Pulex. *Kam.*; Pes, in quo id observatur, quod صلم metrici appellant. *Darstell. d. Arab. Versk. p.* 99.

مصلم Ita parvas habens *aures*, ut excisae videantur. *Kam.*, *de struthiocamelo mare adhibetur. Dj.*

صلمح Rasit *caput c. a. r. Kam.*

مصلمحة الراس Raram habens comam, *de puella. Kam.*

صلمع *n. a.* صلمعة 1) Evulsit *c. a. Kam. Djeuh.*; 2) Rasit *caput c. a. Kam. Djeuh.*; Lenem laevemque reddidit *c. a.*; 3) Inops et pauper fuit. *conf.* صلفع *et* صلقع. *Kam.*

صلمعة Inopia, paupertas. هو صلمعة بن قلمعة Ille ignotus est. *Kam. Dj.*

صلنباح Piscium tenuium, longorum nomen. *Kam.* (*In Demirii codicibus* صلنباج *scripta est vox.*)

صلهب Longus *vir. Kam.*; Domus magna. *Kam.*; Durus validusque, *de camelo. Kam.*

صلهبى *Fem.* صلهباة Durus validusque, *de camelo. Kam. Djeuh.*

اصْلَهَبَّ Protensa in tractum suum fuit *res. Kam.*

مُصْلَهِبٌّ Procerus, longus *vir. Kam.*

صَلْهَجٌ Petra magna. *Kam.*; Camela robusta. *Kam.*

صَلْهَامٌ Leo. *Kam.*

صَلَا *F. o. Praet.* صَلَوْتُ Afflixit in loco صلا appellato *c. a. p. Kam.* b) صَلِيَ Laxam et demissam habuit corporis partem صلا appellatam, quum pariendi tempus proxime adesset, *equa.* II Precatus fuit cum genuum flexione et adoratione *Deum c.* الى *p.* (*Dicitur* صلّى صلوة, *non* تصلية.) *Kam. Dj. De Deo quum adhibetur, significare videtur* Benedixit, *ut in formula post nomen Muhammedis enuncianda* صلّى الله عليه وسلّم Benedicat ei Deus eumque salutet! *conf. De Sacy Chrest. Arab. T. III. p.* 532 *ed. alt.*; Proxime secutus est in certamine *primum equum alter. Kam.*; Propulit *asinus asinam c. a. Kam.* IV Laxam et demissam habuit corporis partem صلا appellatam, quum pariendi tempus proxime adesset, *equa. Kam. Dj.*

صَلًا *Dual.* صَلَوَانِ *Pl.* صَلَوَاتٌ Medium dorsi (*de hominibus et quadrupedibus*); Pars declivior coxendicis; *aliis* Interstitium inter podicem et vulvam equae; *aliis* Latus dextrum et sinistrum a cauda equi. *Kam. Dj.*

صَلوةٌ (*et scribitur* صَلَاةٌ) *Pl.* صَلَوَاتٌ (*conf. De Sacy Anthol. Arab. p.* 14, 67 *text. Ar.*) Dei invocatio. *Kam. Dj.*; Preces factae, ut Deus condonet peccata. *Kam.*; Misericordia. *Kam. Dj.*; *de Deo* Laus pulchra Muhammedi tributa. *Kam.*; Dei cultus religiosus, quo genua flectantur et Deus adoretur. *Kam.* الصَّلَوَاتُ Templa Iudaeorum. *Kam. Dj.*

مُصَلٍّ Orans, precans; Secundus equus in certamine cursus. *Dj. conf. Hamas. p.* ٧٠٩. *Harir. p.* ٢٣٥.

مُصَلًّى Locus magnus sub Iove, ubi preces publicae quibusdam diebus ab incolis oppidi habebantur. In latere huius loci est alter مصلى الاموات appellatus, in quo pro mortuis preces faciebant. *De Sacy Chrest. Arab. T. I. p.* 192 *sqq.*

مُصَلَّاةٌ Pallium, in quo quis orat. *Reisk. ad Gol.*

صَلَا *Pr.* صَلَيْتُ 1) *F. i. n. a.* صَلْيٌ Assavit, *vel* immisit in ignem urendi causa *carnem c. a. Kam.*; Effecit, ut perciperet aliquis *ignis calorem c. a. ign. et a. pers. Djeuh.*; Calefecit *manum suam ad ignem c. a. man. et* ب *ign. Kam.*; 2) *n. a.* صَلْيٌ Blanditiis decepit *c. a. p. Kam.*; Insidiis circumvenit, in periculum coniecit *c.* ل *p. Dj.* b) صَلِيَ *n. a.* صَلْيٌ, صَلًى, صَلَاءٌ, صِلَاءٌ, صُلِيٌّ Sustinuit *ignis* fervorem, *belli* vehementiam *c. a. ign. vel* ب *ign. Kam. Dj.* II *n. a.* تَصْلِيَةٌ Assavit *carnem*, *vel* immisit in ignem urendi causa *c. a. r. Kam. Dj.*; Immisit *in ignem*, *et* effecit, ut perciperet ardorem eius *c. a. p. et a. ignis vel c. a. r. et* فى *aut* على *ignis. Kam.*; *n. a.* تَصْلِيَةٌ Flexibilem reddidit et rectum reddidit *igne baculum c. a. r. et* ب *vel* على *ignis. Kam.* ما صَلَّيْتُ عصا مثله Prudentiorem illo neminem reperi. *Meid.* IV Assavit *carnem*, *vel* immisit in ignem urendi causa *c. a. r. Kam.*; Effecit, ut *ignis* calorem sustineret, perciperet *aliquis c. a. p. et a. ign. Kam.*; Immisit *aliquem in ignem c. dupl. a.* V Sustinuit, percepit *ignis* calorem *c. a. ign. Kam.*, *belli* vehementiam. *Djeuh.*; Flexibilem reddidit, rectum reddidit *baculum igne c. a. r. Kam.*; Ustus aut ustulatus fuit, calefactus fuit, incaluit ad ignem, *absolute et c.* ب *ignis.* VIII اصْطَلَى Ustus fuit, incaluit ad ignem. *Kam.*, *absolute et c.* ب *ignis*; Percepit, sustinuit *ignem c. a. Hamas. p.* ٧٩٣; *in Passivo* لا يصطلى بناره Non facile certari cum eo potest. *Dj.*

صَالٍ *Pl.* صُلِيٌّ Calefactus, ustus.

صَلًى Ustio ignis, *aliis* ignis. *Kam. Meid.*; Tostum, assatum. *Kam. Dj.*

صِلَاءٌ Ustio ignis, *aliis* ignis. *Kam. Dj.*; Tostum. *Kam. Djeuh.*

صَلِيٌّ Assatus, tostus. *Hamas.*

صَلَايَةٌ *et* صَلَاءَةٌ Frons. *Kam.* *Plur.* صُلِيٌّ *et* صِلِيٌّ (*Pers.* صلايه) Lapis, in quo teruntur odoramenta. *Kam. Dj.*

صِلِّيَانٌ Herbae seu oleris species, *cuius saepe fit mentio apud poëtas. conf.* صل.

مِصْلَاةٌ *Pl.* مَصَالٍ Laqueus, decipula. *Dj.*

ارض مَصْلَاةٌ Herba صِلِّيَان abundans terra. *Kam.*

مُصْلِيّ Fem. ة Assatus, tostus. Dj.

صمّ n. a. صَمّ 1) Obturavit ampullam c. a. Kam. Djeuh.; 2) n. a. صَمّ Percussit fuste, lapide c. a. p. et ب instr. Kam. Dj.; 3) F. a. n. a. صَمّ, صَمَم Obstructus fuit, de aure; Surdus fuit (rarius صَمِم), de aure et homine. Kam. Djeuh. صَمّ صَدَاهُ Periit. Kam. Djeuh. صمّت حصاة بدم Obsurduere silices sanguine, i. e. tanta sanguinis copia effusa fuit, ut incidentes in eum silices non excitarent sonum. Kam. Dj. II n. a. تَصْمِيم Perrexit in re agenda, in itinere faciendo c. في r. Kam. Dj. صَمّم العَزْمَ Firmiter sibi proposuit c. على r. Kam.; Penetravit os dissecuitque gladius c. في. conf. Hamas. p. ٣٣٩. (Quod si vero gladius articulos disiungit, طبّق dicitur. Quae igitur in Kam. Calc. leguntur verba والسيف اصاب المفصل وقطعه او طبّق, falsa sunt.) Kam. Turc. Dj.; Momordit infixis dentibus, morsumque tenuit c. a. r. Kam. Dj.; Pabuli tantum dedit equo, quantum voluit, ut carnis pulpae prominerent et ventriosus fieret c. a. equi. Kam. Vulgo est Ad silentium redegit. De Sacy Chrest. Arab. T. III. p. 379 ed. alt.; Effecit, ut memoria teneret dictum, memoria tenendum dixit alicui rem c. a. r. et a. p. Kam. IV Obturavit ampullam c. a. Kam. Djeuh.; Surdum reddidit aliquem Deus c. a. p. Kam. Dj.; Surdus fuit. Kam. Dj.; Directa fuit ad homines surdos, qui non admittebant verba, oratio. Dicitur اصمّ دعاءه. Kam. أَصْمَم Comperit surdum c. a. p. Kam. Dj. VI Se surdum simulavit, ut non audire videretur c. عن r. Kam. Dj., et c. a. r. (poetic.)

صمّ Strenuus. Kam.; Leo. Kam. Djeuh.; Infortunium. Djeuh.

صَمَم Obstructio aurium; Surditas; Acer in peragendis rebus et non laxus, de viro. Kam.; Acer, de equo, Kam.

صَمَامِ Infortunium ingens. Inde dicitur صَمِّي صَمَامِ Augearis o infortunium! Kam. Dj. صَمَامِ صَمَامِ Surditatem simulate! Kam. Dj. Meid.

صِمَام Obturaculum ampullae, epistomium. Kam. Dj.

صِمَامَة Pl. صُمَم Obturaculum ampullae, epistomium. Kam.; Durior et adversa fortuna; Serpens mas. Kam. Dj.; Herinacei femina. Kam.; Vir strenuus. Kam. Dj.; Leo. Kam.

صَمِيم Radix et praecipua pars rei. Kam.; Purior et exquisita pars rei. Kam. Dj.; Purus genere vir (pro Sing. et Plur.). Kam. Dj.; Vehemens, de calore et frigore. Kam. Dj.; Durus et solidus, de osse. Gol. ex Dj.; Ovi exterior cortex. Kam.; Os, quo stat membrum. Kam.; Ossa in cranio, genu. Reisk. ad Gol.; Os mediae et anterioris capitis partis. Djerir.

صِمَّان et cum ة Terra dura et lapidosa ad latus arenosae. Kam. Dj.

صِمَامَة Idem quod صمام. Kam.

صُمَيْماء Planta similis plantae غزر appellatae. Kam.

أَصَمّ Fem. صَمَّاء Plur. صُمّ et صُمَّان Surdus. Kam. Dj.; Surdus, de numero, i. e. ἄῤῥητος, qui enunciari nequit, ineffabilis. Gol.; Cuius secunda et tertia littera radicalis eaedem sunt, de verbo. Kam. الاصمّ Is, qui tanquam inutilis non desideratur, et cuius amor non defenditur. Kam.; Dirus serpens, cuius ira incantamentis sedari non potest. Kam. رَجَب الأَصَمّ Mensis Redjeb, septimus anni Arabici: ita appellabatur ante Muhammedem, quod tunc armistitium esset, nec belli strepitus audirentur. Kam. Dj. حجر اصمّ Lapis durus solidusque. Kam. Djeuh.; Durus et non cavus, de osse. Hamas. p. ٧٢٣. Fem. صماء Dura fortuna; Infortunium ingens. Kam. Djeuh. Dicitur quoque صَمَّاء. الصَّمَّاء Camela pinguis, aliis inita. Kam.; Extremitas ilis (عفاجة) tenuis. Kam.; et Plur. صُمّ Terra salebrosa. Kam., et Terra (simpl.). Meid. اشتمال الصَّمَّاء Species amictus; dum vestimento involvitur corpus, ita ut pars eius a latere dextro retracta iniiciatur in manum scapulamque sinistram, et hinc retro obliquata in manum dextram, ita ut ambae manus operiantur; aliis est Quod homo uno tantum vestimento utitur, ita ut ab uno latere sublata veste et in humerum reiecta denudentur pudenda. Kam. Dj. conf. Har. p. ٣٤٩.

ابل مصمات Camelae, quae inter laborandum non barriunt. Hamas. p. ٧٩١.

صَمَأَ Incitavit, impulit contra aliquem c. a. p. et على alt. VII Incitatus, impulsus fuit. Kam.

صَمَتَ F. o. n. a. صَمْت, صُمَات, صُمُوت Siluit, conticuit.

Kam. Dj. II *n. a.* تَصْمِيتٌ Siluit, conticuit. *Kam. Dj.*; Ad silentium redegit *c. a. p. Kam. Dj.* IV Siluit, conticuit. *Kam. Dj.*; Ad silentium redegit *c. a. p. Kam.*; Solidam sine cavitate effecit *rem c. a. r. Kam. Djeuh.* أَصْمَتَتِ الارضُ Ager, quum per duos annos consitus non esset, admodum duram habuit terram. *Kam.*

صَمْتٌ. *Dicitur* يومٌ الى الليل *vel* يومٌ *vel* لا صَمْتَ يَوْمًا *i. e.* Non est silentium per totum diem. *Kam.*

صَامِتٌ Irrationalis; Aurum et argentum, *de opibus* (*ut* ناطق oves *et* cameli *appellantur*). *Kam. Dj.* *Dicitur* ما له صامت ولا ناطق; Crassus, *de lacte. Kam. Dj.*; Viginti, *de camelis. Kam.*

صُمَاتٌ Ad silentium redigens, causa silentii. *Dicitur* رماه بصماته. *Kam.*; Celeritas sitis oborientis. *Kam. Dj.*; Absolutio rei peragendae. *Dicitur* فلانٌ على صُمات الامر. *Kam.* بات من القوم على صُمات Pernoctavit videns et audiens gentem. *Kam.* ما ذقت صماتا Nil gustavi.

صُمْتَةٌ Cibus *etc.*, quo puer ad silentium redigitur. *Kam.*

صُمْتَةٌ *Id. Kam.*

صَمُوتٌ Tacitus; Gravis, *de lorica. Kam.*; Alte penetrans in ossa ictus, *de ense.* *Dicitur* ضَرْبَةٌ صموتٌ: *Kam.*; Plenus, *de favo. Kam.*; Nomen proprium equi. *Dj.* جارِيَةٌ صَموتُ الخلخالين Puella crassis cruribus praedita, ut ne lenis quidem sonus audiatur. *Kam.*

صِمِّيتٌ Taciturnus, multum silens. *Kam. Dj.*

أُصْمُتَةٌ *et* صحراءُ أَصْمَتُ, بَلَدٌ إِصْمِتُ *et* وَحْشٌ إِصْمِتٌ Locus desertus, *aliis* in quo nemo scit, ubi sit. *Kam.*

مُصْمَتٌ Firmus, *de sera et porta. Kam.*; Solidus, non cavus. *Kam. Dj.*; Unicolor, *de equo, panno. Kam.* أَلْفٌ مُصْمَتٌ *et* مُصَمَّتٌ Integrum mille. *Kam.* الحروف المصمتة Litterae praeter ب, ر, ف, ل, م, ن. *Kam.*

صَمَاجَةٌ *Plur.* صَمْجٌ Lampas, lucerna. *Exotica vox est, fortasse ex Graeca lingua translata. Cod. Lugd.* 124.

صمح *F. a. et i.* 1) Liquavit cerebrum *alicuius aestus c. a. p. Kam.*; 2) Percussit *scutica c. a. p. et* ب *instr. Kam.*; 3) Durum se *alicui* praebuit *in quaestione etc. c. a. p. Kam.*

صامح Vehemens aestu *dies. Jac. Schult.*

صُمَاحٌ Sudor foetens. *Kam.*; Sudor axillarum. *Kam.*; Cauterium. *Kam.*; Quadrupes minor quam animal وَبْر appellatum. *Kam.*; Adeps liquefactus, qui in fissura pedis pro remedio ponitur. *Kam.*

صَمُوحٌ Durus, *de ungula. Kam.*; Vehemens aestu *dies. Jac. Schult.*

صَمْحَاءُ *et* صَمْحَاةٌ (*quod significationem magis specialem habet*) Terra salebrosa. *Kam. Dj.*

صُمَاحِيٌّ Cauterium. *Kam.*

أَصْمَحُ Strenuus, fortis, audax. *Kam.*

صَمَحْمَحٌ *et* صَمَحْمَحَةٌ Vir durus, robustus et densis membris praeditus. *Kam. Dj.*; Corporis brevi statura praeditus et crassus. *Kam. Dj.*; Calvus *et* rasus, *de capite. Kam. Dj.*

صَمَحْمَحِيٌّ *Id. Kam.*

صمخ 1) Affecit *eum* laesitve in caverna auris (صماخ). *Kam. Dj.*, *et vultum urendo sol c. a. p.*; 2) Tota manu percussit *oculum, aurem c. a. Kam.*

صَمْخٌ (*nom. unit. c.* ة) Res sicca, quae invenitur in meatu papillarum ovis paulo post partum. *Kam. vide* صمغ.

صِمَاخٌ *Pl.* أَصْمِخَةٌ Auditoria caverna; *tum* Auris. *Kam. Dj.* (*vide* سمخ); Parum aquae. *Kam.*

صَمَخَةٌ *Fem.* Tenera, in flore aetatis *femina. Kam.*

صَمَاخَةٌ *Fem.* Intelligens. *Kam.*

صَمْخَاءُ Terra deserta, petrosa. *Reisk. ad Gol.*

أُصْمُوخٌ Auditoria caverna; *tum* Auris. *Kam.*

صَمَخْدَدٌ Purus, exquisitus. *Kam.* انت فى صمخدد قومك Tu in exquisita et optima gentis parte es. *Kam.*

اصمخدّ Intumuit ira. *Kam.*

صمد *F. o. n. a.* صَمْدٌ Contendit *ad aliquem*, adire voluit

c. a. et c. ل p. *Kam. Dj.*; 2) Posuit, fixit *rem* aliquo loco *c. a. r. Kam.*; 3) Percussit *c. a. Kam.*; 4) *F. a.* Operuit caput *ampullae* re صماد appellata *c. a. vide* صماد *seq. Kam. Dj.* II *n. a.* تَصْمِيد Petiit, adiit (*cum intensione significatus*). *Kam. Turc.* III *n. a.* صماد Conflixit *cum aliquo c. a. p. Kam.*

صَمْد Locus elatior, salebrosus. *Kam. Dj.*; Vestigia in vultu ardore solis relicta. *Kam.*

صَمَد Dominus, caput familiae, *quod rebus urgentibus peti solet. Kam. Dj. vide* صنديد; Perpetuus, sempiternus. *Kam.*; Sublimis. *Kam.*; Solida et non cava res. *Kam.*; Vir neque esuriens, neque sitiens in bello. *Kam.*; Gens, cui ars non est, neque aliud, ex quo nutrimentum capiant. *Kam.*

صِمَاد Obturamentum ampullae; *aliis* Corium, quo operitur os ampullae. *Kam. Dj. conf.* صمام; *i. q.* جِلَاد *et* ضِرَاب Id, quod homo circa caput volvit praeter vittam. *Kam.*

صَمْدَة Petra immota in terra, sive ei aequalis sit, sive emineat. *Kam.*; Camela sterilis. *Kam.*

مُصْمَد *pro* مُصْمَت Solida *res. Kam.*

مُصَمَّد Petitus (*quem adire desiderant*), *de domo. Djeuh.*; Res dura ac firma. *Kam.*

مِصْمَاد *Plur.* مَصَامِد, مَصَامِيد Semper et in frigore et in penuria lac habens, *de camela. Kam.*

مُصْمَوْمَد Durus, crassus. *Kam.*

صَمْدَحَ Fervidus fuit, *de die. Kam.*

صُمَادِح Durus, robustus. *Kam.*; Leo. *Kam.*; Purus, selectus, *de omni re. Kam.*; Apertus, manifestus, *de via. Kam.*

صَمَيْدَح Dies fervidus. *Kam.*; Durus, robustus. *Kam.*

صُمَادِحِيّ Durus, robustus. *Kam.*; Purus, exquisitus, *de omni re. Kam.*

صَمَرَ *n. a.* صَمْر *et* صُمُور Avarus fuit et recusavit; 2) Ex declivi loco in planitiem fluens substitit *aqua. Kam.*; 3) *F. i.* Haud dulce fuit *lac. Kam.* b) صَمِرَ Haud dulce fuit *lac. Kam.* II Avarus fuit et recusavit. *Kam.*; Tempus occasus solis intravit. IV Avarus fuit et recusavit. *Kam.*; Tempus occasus solis intravit. *Kam.*; Haud dulce fuit *lac. Kam.*

صَمْر Odor recentis musci. *Kam.*; Foetor (*ex. gr.* piscium). *Kam.*

صَمْر Locus, ubi subsistit aqua ex declivi loco in planitiem fluens. *Kam.*

صُمْر *Pl.* أَصْمَار (*i. q.* صُبْر) Ora *calicis. Kam. Dj.*

صَمِر *Fem.* ة Foetens, male olens *manus.*

صَمِرَة Lac haud dulce. *Kam.*

صَوْمَر *i. q.* بَاذَرُوج Ocimum. *Kam.*

صَمِير Aridas carnes ossi inhaerentes habens *vir*, qui sudoris odorem exhalat. *Kam. Dj.*

صُمَيْر Tempus occasus solis. *Kam.*

صمران Species arboris. *Reisk. ad Gol.*

صَمَارَى Podex. *Kam.*

صُمَارَى Id. *Kam.*

صَامُورَة Lac valde acidum. *Kam.*

صُمَّارَى Podex. *Kam. Dj.*

مُتَصَمِّر Soli se exponens. *Kam.*; Se continens *vir. Kam.*

صِمْرِد Camela abundans lacte, *et contra* pauco praedita lacte. *Kam.*

صَمَارِيد *Pl.* Terrae durae. *Kam.*; Oves pingues, *et contra* macilentae oves. *Kam.*

مُصْمَرِط *i. q.* مسمرط. *Kam.*

صَمْصَمَ Perrexit *in re* peragenda, *itinere* faciendo *c.* في *r. Kam. conf.* صمم; Paratus fuit *ad aliquam rem peragendam c.* على *r. Taus. u. eine Nacht. T. I. p.* ١٣٤.

صَمْصَم Valde avarus. *Kam.*

صِمْصِم Crassus, brevis. *Kam.*; Acer in rebus peragendis,

de viro. *Kam.*; Audax et res peragens. *Kam. Djeuh.*; Acer, *de equo.* *Kam.*

صَمْصَم Acer in rebus peragendis, *de viro*; Acer, *de equo.* *Kam.*; Leo. *Kam.*

صُمَاصِم *Id.* *Kam.*

صَمْصَام Gladius acutus, quod non inflectitur. *Kam. Dj.*; Acer in rebus peragendis, *de equo.* *Kam.*; Acer, *de equo.* *Kam.* صمصامة Nomen proprium ensis Amru ben-Maadi Carb.

صَمْصَمَة Sonus erinacei feminae. *Kam.*; Medium populi. *Kam.*

صَمْصَمَة Medium populi. *Kam.* *Pl.* صَمْصَم Copia, turba. *Kam.*

صُمَاصِمَة *Idem quod* صُمَاصِم. *Kam.*

صَمْصَامَة Gladius, qui inflecti nequit. *Kam. Dj.*

صمع *F. a.* 1) Verberavit *fuste c. a. p. et* ب *instr.* *Kam.*; 2) Transiit *ad homines* eosque sermone retinuit *c. a. p.* *Kam.* b) صَمِع Sui capitis nutum secutus fuit nihil respiciens. *Kam.*; *et* Erravit *in sermone c.* فى. *Kam.* II Fastigavit, in apicem cumulavit *c. a.*; *n. a.* تَصْمِيع Firmiter sibi proposuit *consilium c.* على *r.* *Kam.* VII Perseveravit *in ira c.* فى. *Kam.*

صَوْمَع Tenue reddidit *caput c. a. r.* *Kam.*; Collegit *rem c. a. r.* *Kam.*

صَوْمَع *et* صَوْمَعَة *Plur.* صَوَامِع Claustrum seu sacellum monachorum. *Kam. Djeuh.*; Turris; Birrus, acuminatus pileus. *Kam.*; Fastigatus cumulus offae. *Kam.*; Aquila, *quod in sublime volat.* *Kam.*

أَصْمَع *Fem.* صَمْعَاء[1] *Plur.* صُمْع Alte prominens; *et Plur.* صُمْعَان Pluma tenuis et paulo longior, *aliis* omnium praestantissima. *Kam.*; Tenuis, aequabilis, *de nodis in arundine hastae et talis.* *Dicitur* قوايم ورماح صمع الكعب. *Kam.*; *item* Gladius acutus. *Kam.*; Planta, ex qua prodit fructus non rupto involucro. *Kam.* صَمْعَاء[1] Colli latus ab ea parte, quae sub aure est ad medias claviculas. *Kam.*; Glaber et tenuis, *de planta*; *aliis* Nomen plantae بهمى appellatae tempore, quo in altum crescit, nondum diffissae; *aliis* Calyx floris non aperti. *Kam. Dj.*; *item* Promtus et semper attentus animus. *Kam. Dj.*; Is, qui in altissima loca adscendit. *Kam.*; Stupefactus et stolidus. *Kam.*; Parvas aures habens. *Kam. Dj.*; Parvus et a capite non multum distans, *de aure*; Parvus, *de buccella.* *Meid.*

أَصْمَعَان *Dual.* Cor acre et mens penetrans. *Dicitur* لا اصمعان. *Kam. Dj.*

مُصَمَّع *Fem.* ة Mucronatus. *Dicitur* ظبى مصمع Dorcas mucronata habens cornua. *Kam.*; In apicem cumulatus. *Dicitur* ثريدة مصمّعة. *Kam. Dj.* بقرات مصمعات Sitientes et inter se quasi cohaerentes vaccae, inter quas emaciatae sunt. *Kam.*

مُتَصَمِّع Habens pennas sanguine aliave re tinctas, ut cohaereant, *de sagitta.* *Kam. Dj.*

مُصَوْمَعَة Tenui, attenuato capite praedita. *Dicitur* ثريدة مصومعة. *Kam.*

اصمعدّ Cito ivit, abivit. *Kam.*

مُصْمَعِدّ Leo. *Kam.*

صَمْعَر Dura, salebrosa terra. *Kam.*; Validus, durus. *Kam.*

صَمْعَرَة Tegumentum capitis pelliceum. *Kam.*; Res crassa. *Kam.*

صُمْعُور Compressus brevisque corpore et fortis. *Kam.*

صَمْعَرِى Validus, durus. *Kam.*; In quem nec fascinus nec incantatio valet. *Kam.*; Vilis; Mere ruber. *Kam.*

صَمْعَرِيَّة Serpens malignus. *Kam.*

صَمَعْبُوت Suum semper sequens consilium et duro capite praeditus. *Kam.*

صَمْغ *et* صَمَغ *Plur.* صُمُوغ Gummi *general.*, *tum* Arabicum, quod provenit ex planta قرظ appellata (*non ex arboribus* طلح *et* مغيلان *appellatis, quemadmodum Djeuharius in opere suo adnotavit.*) *Kam.*

صَمَغ Res in meatu papillae camelinae, qua elapsa lac bonum est. *vide* صمخ. *Kam.*

صَمَّغَ *n. a.* تَصْمِيغٌ Gummi indidit *rei c. a. r. Kam.* IV Gummi produxit *arbor. Kam.*; Sputum produxerunt *confinia labiorum. Kam.*; Sputum producentia habuit oris latera *vir. Harir.*; Recens habuit lac *ovis. Kam.* X Vulneravit scalpsitve *arborem*, ut emanaret gummi *c. a. Kam.*; Laesus fuit ulcere صمغة appellato. *Kam.*

صَمْغَةٌ Pars seu grumus unus gummi; *et a similitudine formae et materiae* Ulcus. *Kam.*

صَمَغَةٌ *Idem quod* صَمْغٌ. *Kam.*

ابو صَمْغَةَ Is, cuius os, aures et nares quasi gummi, ut arboris, producunt. *Dicitur* لقيتُ ابا صَمْغَةَ.

صَمْغَان Is, cuius os, aures, oculi quasi gummi producunt, ut arboris. *Kam.*

صِمْغَانِ *Dual.* Latera oris, ubi labia conveniunt apud oris angulos, *aliis* locus, ubi sputum in oris lateribus colligitur. *Kam.*

صَامِغَانِ *Id. Kam.*

صِمَاغَانِ *Id. Kam.*

شاةٌ مُصْمِغَةٌ Recens habens *lac c.* ب *lactis. Kam.*

صِمْغِدٌ Validus, durus. *Kam.*

مُصْمَغِدٌّ Tumidus prae adipe *vel* ex morbo. *Kam.*

صَامِقٌ Esuriens vel sitiens. *Kam.*

صَمَقَةٌ Lac non amplius saporem habens. *Kam.*; Crassa hydria. (*Pro* من الحرار *in Kamuso Calcutt. videtur legendum* من الجرار.)

أَصْمَقَ Clausit *portam*, *aliis* retrudit et constrinxit *c. a. Kam.*; *et Intrans.* Corruptum habuit saporem *lac, aqua. Kam.*

مُصْمَقٌ Obstupefactus, qui neque edit neque bibit. *Kam.*

صَمْقَرَ Multum acidus fuit, *de lacte. Kam. conf.* اصقر. IV أَصْمَقَرَّ *Id.*, *et* Arsit *sol. Kam.* يوم مصمقرّ Dies fervidus. *Kam.*

صِمَاكٌ *Plur.* صُمُكٌ Tabula liguea, quam adiungunt mensurae قفيز appellatae, quum nimis parva est. *Kam.*

صَمَكَةٌ Validus, robustus, *de camelo. Kam.*

صَمَكْمَكٌ Foetorem edens; *i. q.* غَرِبٌ, *et* Fortis, robustus.

صَمَكُوكٌ Validus, robustus, durus *vir. Kam. Dj.*; Insipiens et in malitiam praeceps. *Kam.*; *et* Spissa, tenax et viscosa *res*, *de lacte. Kam. Dj.*

صَمَكِيكٌ Validus, durus. *Kam. Dj.*; Spissus et viscosus, *de lacte. Kam. Dj.*; Stolidus et inconsiderate in rem peragendam ruens. *Kam.*

اصْمَاكَّ (اِصْمَأَكَّ. *Dj.*) Iratus fuit. *Kam. Dj.*; Crassum evasit *lac. Kam. Dj.*

مُصْمَئِكٌ *Fem.* ة Pluvia madens *terra. Kam.*; Nubibus omnino tectus et dispositus ad pluviam *aër. Kam.*

صَمَلَ 1) Percussit *fuste c. a. et* ب. *Kam.*; 2) *n. a.* صَمْلٌ *et* صُمُولٌ Durus ac firmus fuit. *Kam. Dj.*; 3) Non rigata *arbor* dura evasit. *Kam. Dj.*; 4) Abstinuit *a cibo c.* عن. *Kam.* II Non rigata *arbor* asperitatem contraxit. (*Gol. ex Dj.*, *sed non inveni vocem.*)

صُمُلٌ Firma et robusta corporis statura praeditus *vir. Kam. Djeuh.*

صَامِلٌ Siccus, aridus. *Kam.*

صَوْمَلَ Ariditate cutis affectus fuit ex fame aliave noxa. *Kam.*

صَوْمَلٌ Arbor in superiore Arabiae parte crescens. *Kam.*

صَمِيلٌ Siccus, aridus. *Kam.*

صِمْلِيلٌ Vir corporis statura infirma praeditus. *Kam.*; Nomen plantae. *Kam.*

اِصْمَأَلَّ Multum dura fuit *res. conf.* اصمالّ. *Kam.*; Convolutus, perplexus fuit, *de plantis. Kam. Dj.*

مُصْمَئِلَّةٌ Malum, infortunium. *Kam.*

صَمَلَّجٌ Durus, *de re. Kam.*

صَمَالِخ Lac crassum. *Kam.*

صِمْلَاخ *et* صُمْلُوخ *Pl.* صَمَالِيخ Interior pars auris eiusque sordes. *Kam.*

صَمَالِيخ *Pl.* Tenuiores surculi plantae نَصِى dictae. *Kam.*

صُمَاخِى *i. q.* سُماخى. *Kam.*

صَمَلَّك *Pl.* صَمَالِك Magno robore praeditus et crassus *vir.* *Kam.*

صَمَى *F. i.* 1) *n. a.* صَمَيَان Insiliit, Irruit. (*Quod in quibusdam Kamusi exemplaribus et Djeuharii opere, nec non in Calcutt. legitur editione* تقلّب *pro* تفلت, *id errori tribuendum videtur. Kam. Turc.*); 2) Celeriter ivit. *Kam.* b) *n. a.* صَمْى 1) Occubuit, quo loco petita fuit, *fera. Kam.*; 2) Accidit *res alicui c. a. p.* *Kam.*; 3) Impulit, adegit *c. a. p. et* على *r. Kam.* IV Petivit et occidit, quo loco vidisset, *feram c. a.* *Kam. Dj. conf.* أنمى; Mordens *fraenum* perrexit ire *equus c.* على *fraen. Kam.* VII Celer fuit; Effusus *super rem* fuit *c.* على *r. Kam. Dj.*; Ex alto celeriter se demisit *avis. Harir.*

صَمَيَان (*Pl.* صِمْيان. *Meid.*) Fortis, audax in impetu faciendo. *Kam. Dj.*; Celer. *Harir.*

صِن Operculo instructum vas canistro simile, in quo reponitur panis. *Kam. Dj.*; Urina cameli, *pec.* admodum foetens (*pro* cameli urina *contendit Kamusi Turc. auctor intelligendam esse* animalis وبر appellati urinam; *id quod in Djeuharii opere legitur*); Primus dierum, qui العجوز dicuntur. *Kam. Dj.*

صُنَان *Pl.* أَصِنَّة Foetor axillarum. *Kam. Dj.*

صِنَّة *Id. Kam.*

صُنَّان Strenuus. *Kam.*

أَصَنّ Foetuit sub axillis. *Kam. Dj.*; Corrupta fuit *aqua.* *Kam.*; Extulit nasum ob superbiam. *Kam. Dj.*; *aut* Iratus fuit. *Kam.*; Admissarium aversata fuit foeta *camela. Kam. Dj.*; Perseveravit *in re c.* على *r. Kam.*; Alacrem et se moventem in utero habuit foetum *equa.* *Kam.*

أَصَنّ Socordem se simulans. *Kam.*

مُصِنّ Plenus et aestuans *ira c. a. irae. Dj.*

صِنَاب Cibi condimentum, quod ex sinapi et uvis passis conficitur, *scil.* simul contusis. *Kam. Dj.*; Longo dorso et ventre praeditus. *Kam.*

صِنَابِيَّة Longo dorso ac ventre praeditus. *Kam.*

صِنَابِى Eundem colorem habens, quam qui كميت, *aliis* qui اشقر appellatur. *Kam.*, quando colori شقرة appellato mixti sunt pili albi. *Dj.*

مُصَنِّب Deditus rei صناب appellatae. *Kam.*

صَنْبَرَ Sola fuit *palma*, tenuiorque et decorticata fuit in inferiore sui parte, paucos dactylos ferens. (*conf.* صنبور.) *Kam.*

صَنْبَر Tenuis, debilis, *de omni re. Kam.*

صِنَّبْر Vehementia frigoris *in hieme. Dj.*

صِنَّبَر Dies quidam (secundus. *Kam.*) ex numero eorum, qui ايام العجوز appellantur, *aliis eadem huic voci ac voci* صِنَّبْر *tribuenda videtur significatio, ita ut metri causa litterae* ب *addita sit vocalis. Kam. Dj.*

صَنَابِر *Pl.* Vehementia frigoris *hiemis. Kam. Dj.*

صَنْبَرَة Partes durae urinae et stercoris in terra. *Kam.*

صَنَوْبَر Pinus, *aliis* eius nuces. *Dj.*; Pix e pina liquata. *Reisk. ad Gol. Forsk. Flor. Aeg. Ar.* LXXV.

صُنْبُور Via, qua in aquarium confluit aqua, et ex qua aqua effluit, dum lavatur. *Kam. Dj.*; Tubulus ferreus plumbeusve in lavacro, ex quo bibitur. *Dj.*; Palma, cuius inferior pars tenuis est et glabra est inferior pars rami eius, paucos quoque fructus ferens; Rami prodientes ex radice palmae; radix palmae. *Kam.*; Corium, quo aquatorii utris gestatores utrem obstruunt et obligant. *Reisk. ad Gol.*; Palma solitaria, cuius inferior pars tenuis est. (*Sic tam in Djeuharii, quam Firuzabadii opere explicatur; at vero quum vocabulum* زنبور *illi sono simillimum* vespam *significet, dubitare licet, num recta sint puncta, ut in illis operibus pro*

voce النخالة rectius legatur النحلة, *et hic fere verbis sensus insit*: Apis, quae solitariam vitam agit, inferiorem corporis partem tenuem habens.); Vir solitarius, nec fratrem neque filium habens. *Djeuh.*; Vir debilis, vilis, familia carens et adiutoribus. *Kam.*; Puer parvus. *Kam.*; Infortunium. *Kam.*; Ventus frigidus et calidus. *Kam.*

صنبرص *i. q.* חֹמֶט Glis. *Gol. ex Levit.* XI, 30.

صنبع *n. a.* صَنْبَعَة Se contraxit ob avaritiam, quum adiretur. *Kam.*

صُنَيْبِعَات *Deminutivum a voce* صَنْبَعَة *(nomen loci cuiusd.)*. *Kam.*

مُصَنْبَع In longitudinem extensus, *de capite. Kam.*

صِنْبَعْر Mala indole praeditus. *Kam.*

صُنْبُل Quam maxime agilis et versutus. *Kam.*

صُنْبُل *Id. Kam.*

صَنُّوت *Pl.* صَنَاتِيت Fiscella (دوخلة) parva; *aliis* Theca ampullae. *Kam.*

صَنْت Mimosa nilotica. *Forsk. Fl. Aeg. Ar.* LXXVII.

أَصْنَت Firmavit, stabilivit *c. a. Kam.*

صِنْتُوت *et* صِنْتِيت *vide* صنت.

صُنْتُع Struthiocamelus duro capite praeditus, *et de asino*, *aliis* protuberantibus malis et ossibus حاجب appellatis et magno fronte, *aliis* tenuibus genis praeditus. *Kam.*

مُصَنْتَع *Idem quod* مُحَرَّف. *(Quod in Kamuso Calc.* مجوف *legitur, falsum esse videtur.) Kam. Turc. Gol. app.*

صنج *n. a.* صُنُوج Ad originem suam repulit *hominem c. a. p. Kam.*; Percussit *baculo c.* ب. *Kam.* II *n. a.* تَصْنِيج Prostravit *aliquem c.* ب *p. Kam.*

صَنْج *Plur.* صُنُوج *(Pers.* سنج) Crembala, *i. e.* duo crepitacula, quae inter se concussa suavi personant tinnitu: *Arabibus familiare instrumentum. Kam. Dj. Pers.* جنك Instrumenti genus fidibus instructum: *hoc usitatum Persis. Kam.* ما ادرى اى صنج هو Nescio, quis sit? *Kam.*

صُنُج *Pl.* Scutellae ex ligno nigro شيزى appellato confectae. *Kam.*

صَنْجَة *(Pers.* سَنْجَة) Librae pondus seu libramentum. *Dj.* *(Non bene* سنجة *dicitur.)*

صَنَّاج Qui illa instrumenta (صَنْج) pulsat. ليلة صَنَّاجة Splendente lunâ clara nox. *Kam. Poeta autem Ahscha ex Kaisitis propter carmina eius celebrata* صناجة العرب *appellatur. Kam.*

صناجة Animal mira magnitudine praeditum. *Demir.*

صَنَّاجَة Qui instrumenta صنج pulsat. *Harir. p.* ٥٤٠.

الأَصْنُوجَة *i. e.* الدَّوالقة من العجين. *Kam.*

صِنْخ *Plur.* أَصْنَاخ *Idem quod* سِنْخ. *Kam.*; Radix dentis. *Kam.*

صَنِخ Dentium radices prodeuntes habens, *de ore. Kam.*

صَنَخَة Sordes. *Kam.*

صُنَاخِيَّة Crassus, *de viro. Kam.*

صِنْخَاب Camelus crassus. *Kam.*

صِنْخَر Camelus crassus. *Kam.*; Vir magnus, longus. *Kam.*; Dactylus immaturus, adultus et aridus. *Kam.*

صِنَخْر Camelus crassus. *Kam.*; Vir magnus, longus. *Kam.*

صُنَاخِر *Id. Kam.*

صِنَّخْر *Id. Kam.*; Stultus. *Kam.*

صِنْدِيد Princeps strenuus, *aliis* mansuetus, *aliis* liberalis, *aliis* nobilis genere. *Kam.*; Pars separata montis prominentior. *Kam.*

صِنْدِيد *Pl.* صَنَادِيد Princeps strenuus. *Kam.*; Vehemens ventus. *Et dicitur* بَرْد صِنْدِيد. *Kam.*; Validus, potens *homo. Kam.* الصناديد Viri fortissimi, exercitum defendentes. *(Quod in Kamuso Calcutt.* جاعة

العسكر *legitur*, *id vitium esse contendit Kamusi interpres Turc.*) يومٌ حامي الصناديد Dies vehementer aestuosus. *Kam.*; Grandioribus guttis constans *pluvia*.

صِنْدَحٌ Saxum latum. *Kam.*

صَنْدَعَةٌ Montis vertex separatus et acumine praeditus. *Kam.*

صُنْدُوقٌ *et* صَنْدُوقٌ *Pl.* صَنَادِيقُ Arca, cista. *Kam.*

صَنْدَلَ Crasso capite praeditus, robustus magnusque fuit *camelus vel asinus*. *Kam.* II Cum mulieribus confabulatus fuit. *Kam.*

صَنْدَلٌ *Pl.* صَنَادِلُ Crasso capite praeditus, robustus, magnus, *de camelo*. *Kam. Dj.*; *item vox exot.* Sandalum, ligni odorati species, cuius optimum rubrum est vel album. Cum utilitate adhibetur in tumoribus, in cordis palpitatione, cephalaea, in infirmitate stomachi febribusque. *Kam. Dj. conf. Avic. Can. L. II.* ٣٤١. يومُ صَنْدَلٍ Dies pugna apud Arabes celeber. *Kam.*

صُنَادِلٌ Crasso capite praeditus, robustus, magnus, *de camelo*. *Kam.*

صَيْدَلَانِيٌّ Apothecarius. *Tochfat Ichwan p.* 379.

الصَّنَادِلَةُ Apothecarii. *Reisk. ad Gol.*

